



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

LXXXIII. B2u

730/A

G, 14
8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

1/2
x


First printer at Offenbach - Germany!

— One of the earliest books printed here -

First known to Cotton was a folio in 1609

K
Index Medicus
Dauhinus 33 B

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

CASPARI
BAVHINI
D. ANATOM.
ET BOTAN. BA-
siliensis Ord.

DE COMPOSITIONE
Medicamentorum:

SIVE

MEDICAMENTORVM
componendorum ratio & methodus,
in
PRÆLECTIONIB.
PVB.
Proposita.



OFFENBACHI
Ysenburgicorum, Typis Conradi Nebenii, Impensis heredum Nicolai Bassæi. Anno 1610.

68495

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



MAGNIFICI, STRENVI, ANtiquiſs. Equeſt. Proſapiæ Herois

DOMINI

PREBERNI A GYLDENStern, Toparchæ in Wosburgh, Sereniſſ. Regis Daniæ á conſil. Arcis Bouling &c. Præſidis,

FILIIS

D. D. D.

CANVTO, HILARIO ET HENRIco Gyldenſtern Fratribus Germanis,

Hunc

De Compoſ. Medicament. Librum

CASPAR. BAVHINVS Obſeru. & amoris monum.

ΤΥΚΗ ΚΑΙ ΠΟΝΩ

Offert.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A




EPISTOLA DEDICAT.

QVAMVIS natura MEDICAMENTA vulgo parata esse voluerit, NOBILISS. IVVENES, inuentu sane facilia, ac sine impendio, quibus tamen Arcades vti recusarunt: nihilominus, Medicinæ inuentionem sibi Ægyptii tribuerunt: Alii vero per Arabum, Babylonis & Apollinis filium, repertam volunt: ipsam vero Herbariam & Medicamentariam, à Chirone, Saturni & Phylliræ filio, (Plinio libr. 7. cap. 56. referente) inuentam statuunt. Verum etsi ex quolibet horto, aut herba, aut frutex in medicum vsum peti possit: vt recte idem lib. 23. c. 24. scripserit, Medicamenta ex longinquis regionibus minime petenda esse, eo quod nobis non gignantur, imo nec Indis, vel Arabibus, alioquin, addit, non venderent: non tamen semper simplicissi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

cissimorum nostris in regionibus natorum vsu, scopum assequimur, idcirco & mixtis ac compositis, propter rationes, quas infra capite vndecimo, expressimus, vti cogimur. Quis vero primus Medicamentorum mistionem veram proposuerit, dubium est, laus tamen maxima Mithridati Ponti regi debetur, qui in Herbarum vsu diligentissimus, & primus Antidota inuenisse creditur: hinc Plinius lib.25. cap.2. Mithridates maximus sua ætate regum, omnium ante se genitorum diligentissimum vitæ fuisse, argumẽtis præterquam fama intelligitur: vni ei excogitatum quotidie venenum bibere, præsumptis remediis, vt consuetudine ipsa innoxium fieret: primo inuenta genera Antidoti, ex quibus vnum etiam nomen eius retinet. Quare ad illum Asclepiadis medendi arte clari volumina composita extant, eum solicitatus ex vrbe Roma præcepta pro se mitteret: hæc Plinius. Etiamnum hodie in frequenti vsu habetur ipsius Antidotus, qua nunc vulgo cõtra pestem præseruationis causa vtuntur, ab ipso contra venena inuenta, & à Plinio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



INDEX
Capitum.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

INDEX.

De

INDEX.

CASPA-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A



CASPARI BAVHINI

DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM

Inuocato Hygiæ & Panaceæ Parente

PROEMIVM.

MEDICINAE partes ab auctore Introductorii *a* seu Medici (siue Galenus sit, siue Herophilus) quinque recensentur, φυσιολογικὴ, αἰτιολογικὴ seu παθολογικὴ, ὑγιεινὴ, σημειωτικὴ καὶ θεραπευτικὴ, quas Auicenna *b* ad Theoricam & Practicam reduxit. Et Theoricam ex tribus rebus perfici & compleri dixit: Vnde vulgata recentiorum totius medicinæ in tres partes distinctio: In res naturales septem, Non naturales sex, & præter naturam tres, *Textu* enim 3. *Ex rebus*, inquit, *sunt septem naturales*, (hæc φυσιολογικὴ est) *& ex eis sunt sex omnino necessariæ*. (has Auerr. *c* non naturales vocat) *Adhuc sunt* (subiungit Auic. *text*. 4.) *aliæ tres*, scil. Morbi, Causæ & Accidentia. Hæ ab Auerroe res extra naturam, à Ferrelio contra naturam, vulgo præter naturam dicuntur: Huc παθολογικὴ, ὑγιεινὴ & σημειωτικὴ pertinent. Practicam Auicen. *d* in duas species diuisit, qua-

a *Cap*. 7.

b *in cant. sui par*. 1. *tract*. 1. *tex*. 2.

c *in Comm*.

d *text*. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

rum vna manibus exerceatur, & alia cum medicina, nec non eo, quod ex cibis ordinatur. Hæc Galeni eſt θεραπευτική, quam in διαιτητικὴν, χειρουργικὴν καὶ φαρμακευτικὴν diuiſit.

Ex his medicinæ partibus ad inſtitutum noſtrũ faciunt prima, quæ φυσιολογική, & poſtrema, quæ θεραπευτική. At cum φυσιολογική ſub ſe res ſeptem naturales contineat; Elementa quatuor, ex quibus tanquam primis elementis homo conſtituitur, vt ſit cum rebus aliis à natura creatis ſecundum Hippocratem conſenſus: quibus probe mixtis Temperamenta exurgunt, Humoresq; quatuor primi, qui ſecunda ſunt, at proxima partium corporis elementa, partibusque genitis, ne fruſtra genitæ ſint, Facultates inditæ ſunt, tanquam Actionum cauſæ, quo actiones obire poſſint, idq; beneficio Spirituum & caloris. Noſtrum eſt tantum de Partium generatione, ſubſtantia, connexione, magnitudine, numero, figura & vſu agere. Hæc enim Galeno *e* monẽte in Anatome doceri debẽt. Qua de re cum ſufficienter egerimus, nunc ad alteram partem accedamus.

e 9 adm. anat.

At cum θεραπευτική ſeu curatoria pars, vti iam dictum, ſubdiuiditur in tres partes, docente Hippocrate *f*, Galeno, Herophilo, Διαιτητικὴν, φαρμακευτικὴν καὶ χειρουργικὴν quæ de medicamentis agit, & quæ inuentione vltima exiſtit, aſſumamus.

f de veteri med. in lib. meth. g de vet. med.

Διαιτητική namq; prius fuit inuenta, Hippocrate *g* autore. Rudes enim illi homines ægrotantes, naturæ quodam ductu inſtigati ad contrariam vitæ rationem conuertebantur. Huic χειρουργική ſucceſſit, (licet diuinus Plato *h* priorem facere videatur) quæ

h 3. de Rep.

quæ ad Homeri vsq; tempora, vt ex Iliadibus colligere est, ita floruit, vt illis temporibus Medici nomine solus chirurgus intelligeretur. Tandem φαρμακευτικὴ apud Ægyptios inuenta, quod ea regio medicamentis semper abundarit. Hinc forsan Herodotus *i* in Ægypto omnia medicamētis plena fuisse refert. Etenim vnguentorum & oleorum compositiones in Ægypto primo propositas Hippocratis & Galeni scripta docent, apud quos multa habentur vnguenta, Ægyptia dicta, vti videre est apud Galenū *k*. Quæ sane ars sub imperii Romani principatu exculta est, cum eo tempore ex vniuerso orbe optima medicamenta Romam fuerint delata, teste Galeno *l*. Recte ergo Galenus *m* eorum, qui ante ipsum vixerunt, medicamenta examinare & emendare cœpit, quem Arabes & nostro seculo plures secuti sunt.

i *in Euterpe.*

k 3. *de com. med. s. g.*

l 2. *de antid.* 2.

m *in lib. de comp. med.*

Verum tractatio hæc de medicamentorum cōpositionibus in duobus consistit, in Simplicium cognitione, & cognitorum cōuenienti mixtione, tam quoad medicamenta, quæ intro sumuntur, quam quæ foris admouentur. Simplicium cognitio ex frequenti inspectione habetur, teste Galeno *n*. Quare veros Medicos non fieri ex libris scripsit Aristoteles *o*, quoniā sensibilium cognitio sedula inspectione confirmatur, teste Galeno *p*. Itaque, vt idem Galenus, herbarum, fruticum & arborum materiam, priusquam è terra eximantur, contemplari pulcerrimum est, dum videlicet fructus sunt futuri, dum augescunt, & dum vigent. Et Dioscorides *q* plantas pro diuersitate ætatum diuersis temporibus inspicere iubet. Nam, monē-

n 1. *de antid.* 2.

o 10. *Eth.* 10.

p 2. *de comp. med. s. g. c.* 2.

q *in proœmio sui operis* 1. *de antid.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

te Galeno, Medicum oportet in vniuersum esse peritum omnium stirpium, aut saltem plurimarũ: Siquidem compositorum medicamentorum virtus, vires simplicium sequatur, exigua quadam in ipsa compositurae ratione differentia obueniente. Materias namq; medicamentorum qui nõ nouerit, verbotenus methodum medendi scit: opus vero nullum ipsa dignum perficiet, vt loquitur Galenus. *r*

r 3. de comp. med. s. g. c. 2.

Quo vero tractatio haec de medicamentorum compositione recte pertractetur, quid medicamentum significet, & quomodo sit definiendum, primo scire conuenit.

Nominis Pharmaci notatio.

CAP. I.

Φάρμακον generaliter quidem quoduis remedium notat, & interdum in bonam, interdum in malam partem sumitur, cum tria significet. Primo venenum, dum in malam partem pro medicina lethali, seu vulgo dicto veneno, sumitur. Tempore enim Platonis venenum pharmacum nuncupabatur. Hinc Medicus ἰατρὸς Homero dictus ἀπὸ τῆς ἰοῖς à venenis, eo quod tunc temporis toti quasi circa Alexipharmaca versarentur. Et apud Dioscoridem θανάσιμα φάρμακα dicuntur omnia illa, quae in medicina vsum aliquem habent, per se autem lethalia sunt. Dein pigmenta seu fucos, quibus mulieres faciem pingunt, vt apud Poetas habetur: vel colores, quibus pictores vtuntur. Tertium notat medicinam salutarem; & interdum absolute, interdum adhibito epitheto ponitur, vt apud Plutarchum *a* φάρμακα ὑπνωτικά: apud Theocritum

a 3. Sympos.

φαρ-

b φάρμακον ἔγχελσον & ἐπίπασον: apud Homerum φάρμακα μηλιόεντα. Hæc triplex eſt nominis Pharmaci ſignificatio. Quod ſi pro medicamento ſalutari ponatur, tum dicitur, Euſtathio monente, quaſi φέρον ἄκος, id eſt, ferens remedium: ſi pro veneno, quaſi φέρον ἄχος, dolorem ſeu triſtitiam ferens. b 1. dyll. 11.

Apud Latinos rarius medicamentum pro veneno, ſicut venenum pro medicamento, ſumitur. Aliquando eo, quod Græci vtrumq; φάρμακον vocant. Vnde Caius IC. c qui venenum dicit, adiicere debet, vtrum malum, an bonum. Nam & medicamenta venena ſunt, quia eo nomine omne cõtinetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum eſt, mutat: cum id, quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicãt; apud illos tam quæ proſunt, quam quæ nocent, medicamenta, hoc nomine continentur: Vnde adiectione alterius nominis diſtinctio oritur. Admonet nos ſummus apud eos Poetarum Homerus d cum ſic ait: φαρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά: *Venena quidem, multa bona mixta, multa autem noxia:* Idem habetur lib. 4. ad ll. 12. Tabular. Hæc de notatione nominis: Nunc ad definitionem rei. c l. 236. D. de verbor. ſign. d Odyſs. 4.

Medicamenti definitio.

Medicamentum Galenus a ſic definit: φαρμακον μὲν δὴ πᾶν ὅ, τιπερ ἂν ἀλλοιωτικὸν ᾖ τῆς φύσεως; *Medicamentum eſt omne id, quod naturam noſtrum alterare poteſt.* Quare 5. *ſimpl.* 1. *Medicamentum alterare natum eſt, aut vna quapiam qualitate calefaciendo, refrigerando, humectando, & ſiccando; aut dictarum coniugatione quapiam, aut tota ſua ſubſtantia diximus alterare, ad differentiam cibi, corpus non alterantis.* Nam licet cibus cor- a 1. ſimp. 1. 3. de temp. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

pus augeat, & auctionem præcedat alteratio: non tamen dicitur alterare corpus, quia terminus cibi est auctio, non alteratio. Quare Galeno *b* τροφὴ, ὅ, τιπερ ἂν αὐξητικὸν ἡ τῆς ἐσίας: *Nutrimentum est, quicquid substantiam augere potest.* Terminus vero medicamenti est alteratio. Hæc vero proprie & immediate est in corpus, non in sensus & intellectum, vt voluit Theoph. *c* & Aphrodisæus *d*. Verum hæc alteratio peruenit in animos propter corporis alterationes. Auinc. *e*. *Quod vincit & superat corpus, est medicina: Quod vero nutrit & auget, est cibus.* Dum dixit vincere corpus medicinam, voluit significare, vt Auerr. *f* innuit, immutare corpus aut ad caliditatem, si calidum fuerit medicamentum, aut ad frigiditatem, si fuerit frigidum. Hæc de definitione.

b. 1 *simp.* 1.
c. *lib de vertig*
d. 2. *proplem.* 34.
e *in cent. par.* 2. *tract. text.* 26.
f *in comm.*

Medicamentorum species.

CAP. II.

MEdicamentorum quatuor sunt *a* species. Vel enim vt assumpta sunt, permanēt, corpus tamen mutant & naturā corrūpunt, quare δηλητήεια dicta, cum venenosa sint, & naturæ animalis corruptricia pharmaca. Talia sunt, quæ frigiditate sua necant. Necant autem sola quantitate *b*, vt hyoscyamus, cicuta, mandragora. II. Vel assumpta mutantur quidem, sed mox, vbi mutationis initium ab animalis corpore consecuta sunt, putrescunt, & simul corpus corrumpunt ac putrefaciunt, quæ etiam venenosa sunt; Talia sunt, quæ putrefactione & erosione etiam minima quantitate necant; ita tamen, vt non perpetuo occidant, vt si antequam corpus afficiant, vna cum excrementis

a 3. *Temp.* 2.
b. 3. *Temp.* 4. 3. *simp. l.* 19.

excer-

excernantur, aut si cibis eorum vim obtundentibus *c* mixta sint. Eiusmodi sunt chrysocolla, auripigmentum, cantharides, aconitum &c. III. Vel corpus excalfaciunt quidem, mali tamen nil afferunt: qualia sunt, quæ potestate sunt calida, vt origanum, abrotanum, absynthium, IV. Vel & agunt & patiuntur aliquid, sed tandem vincuntur & corpori assimilantur. Et hæc tam medicamenta sunt, quam nutrimenta. Medicamenta quidem, quatenus corpus alterant; Nutrimenta, quatenus in corpus nil agunt, sed à corpore alterata & assimilata calorem naturalem augent, cuiusmodi est lactuca *d*. Hanc speciem medicamentorum alimentũ medicamentosum Fernelius *e* vocat. Cõstituit nãq; differentiam inter alimentũ, alimentũ medicamentosum & medicamentum. Alimentũ absolute, quod corporis substantiæ quodãmodo simile, (similibus enim nutrimur) nulla qualitate insigniter afficiat, in eam tandem conuertitur, quã alit, & interdum auget, vt panis, caro, ouum. Alimentum medicamentosum, quod corporis substantiæ quodammodo simile, exuperante tamen qualitate corpus immutat, vt lactuca, vinum generosum, malum cydonium. Medicamentum, quod in substantia nobis prorsus dispari qualitates nimium exuperantes obtinet, siue à temperamento, vt hyoscyamus, pyrethrum: siue à materia, vt thus, galla, alumen: siue à forma profectas, vt scammonium, arsenicum, & veneni atque deleterii genus vniuersum. Hæc ille.

c 3. *simpl.* 20. 21. 23.

d 3. *Temp.* 4.

e *l. b.* 4 *sua meth.* 1.

Medicamentum propriè *f* sumptum vel ἁπλοῦν vel τὸ σύνθετον simplex est vel cõpositũ. Simplex di-

citur improprie & proprie: Improprie vel quatenus sensu simplex apparet, natura tamen est cõpositũ, non ratione diuersarũ substantiarũ, sed ratione diuersarum *g* facultatum. Exemplum, gallorũ veterum *h* ius ventrem lenit: at caro eundem sistere potest. In æris squama duplex qualitas & facultas, adstringens & mordicans. Adstrictione carnes vlceratas siccatas, cicatrice obducit: Mordicatione vero præhumidas colliquat. Vel simplex dicitur, nõ quod tale sit, quale natura produxit, sed quod paucioribus simplicibus constet, vt diatrion pipereon *i* simplex, ad differentiam alterius medicamento sic vocatur. Apud Actuarium & Mesuen oxymel simplex ad differentiam compositi: apud Mesuen oxymel squilliticum simplex ad differentiam compositi; sic apud Nicolaum oxysacchar simplex, & plura eiusmodi. Proprie simplex dicitur, quod secundum suam naturam syncerum est: Galenus *k* sic definit: ἐςὶ δὲ ἁπλοῦν φάρμακον, τὸ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἔχον εἰλικρινὸς, h.e. quod tale est, quale natura produxit sine alterius rei mixtione: vel quod nequicquam ex nostra industria assumpserit *l* vt rosa, absynthium.

g 2. simp. 14.
h 3. simp. 15.
i 4. de tuend. san. 5.
K 1. simp. 1.
l 5. simp. 1.

Medicamentorum materia unde sumatur.

CAP. III.

MEdicamentorum materię desumuntur secundum Galenum *a* vel à stirpibus, vel à metallis, vel animalibus: vel vt alibi *b* à stirpibus, animalibus, metallis, & aliis terreis corporibus. Quare tres constituuntur à Galeno & Auicinna *c* fontes: Plantæ,

a 1. de comp. med. s. g. c. 2. 6. simp. 1.
b 3. comp. med. s. gen. 2.
c in cant. par. 1. tract. 1. text. 25.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Plantæ, Animalia & Metalla; cum ab his potissimum medicamenta sumantur. Si velis, adde cum Fallopio elementa, ignem & aquam, quibus cum raro vtamur, raro enim igne vtimus, aut aqua refrigeramus, idcirco Galenus caput hoc omisit. A plãtis, vel totis, vbi totæ in vsum veniunt; vel partibus earum, vti sunt radices, stipites, surculi, rami, gẽmæ, folia, flores, fructus, semina, cortices, ligna, succi, liquores, lacrymæ, gummata, resinæ & cineres. Ab animalibus, eorumq; vel partibus, vel excrementis: Partibus, iisque vel omnibus, vt hirundo, lumbricus: vel aliquibus, vt caro viperina, cerebrum leporis, pulmo vulpis, ventriculi gallinæ, tunicæ, testiculi gallorum, sanguis, adeps, pinguedo, medulla, coagulum, os de corde cerui &c. Ab excrementis, iisque vel veris, vel veluti excrementis: Veris, vt est fel, vrina, saliua, lana succida, stercus luporum, canum, vnguis alcis, caprarum, asinorum, senecta serpentis &c. Velut excrementis, oua, lac, mel, cera.

A terreis corporibus: & vel metallicis, vt vena metalli, plumbi, argenti &c. Liquores metallorũ, ex purgatis metallis facti, vt æs purum, plumbum depuratum: Metallorum excrementa seu rubigines, vt cærussa, quæ ærugo plumbi, ferri ęrugo, æris flos: vel metallorum cineres, vt hydrargyrũ, squama æris vsti; vel terreis, vt bolus, rubrica, terra Lemnia, terræ sigillatæ: vel lapidibus, iisq; vel pretiosis, vt quinque fragmenta pretiosa, hyacinthus, sapphyrus, granatus, smaragdus, sardus: vel minus pretiosis, vt pumex, hæmatides: vel denique maritimis & aquis, vt sunt sales, spuma salis, succi-

num,bitumen, ſpongia, corallus. Hinc ergo deſumuntur medicamentorum differentiæ. At Fallop. de quibusdam medicamentis dubitat, quę ad nullum fontium à Galeno propoſitorum referri poſſunt, vti ſunt mel, manna, ſaccharum, quod mellis ſpeciem Galenus *d* vocat. Mel enim ex animalibus non eſt, nec ex plantis, licet à quibusdã ex plantis concretum dicatur, cui opinioni Galenus *e* contradicit. Quare vult Fallopius, non eſſe ex plantis, nec animalibus, ſed eſſe alimẽtum apum, non autem excrementum: eſſe materiam, quæ cadat ex alto, quod ab apibus colligatur, & ad vſum noſtrum ſeruetur. Sic Mannam nõ eſſe ex plantis, licet mel ſit aeriũ, cadẽs ſuper ipſas plantas. Quare ſi omnia complecti lubeat, dicẽdum eſſe, omnem materiam medicam aut eſſe à plantis, aut animalibus, aut metallis, aut elementis. Mel enim & mannam eſſe quid confectum ex elementis, quod ſuper plantas & folia cadit, & ab apibus colligitur.

d 7. ſimp. c. de melle.

e 3. ſimpl.

Medicamenta corpus noſtrum alterare dictum fuit. Alterationes autem has Galenus *f* triplices dixit, primas, ſecundas & tertias, quæ à facultatibus medicamentis inſitis fiunt. Quare quid ſit facultas, & quot ſint, ſcire conuenit.

f 5. ſimpl. & 6. de comp. med. ſ. g.

Medicamentorum facultas quid?

Cap. IIII.

Facultas, quæ δύναμις Græcis, Latinis vero potentia, virtus & vis dicitur, eſt cauſa *a* quædam effectrix, quæ partim actu, partim potentia & in futuro tempore fit. Actu, vt calefaciendi in igne, refrigerandi in glacie; quæ facultas ſine alio agit.

a 1. ſimpl. 1.

Poten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Potentia autem, vt calefaciendi in pyrethro, castoreo, pipere: refrigerandi in hyoscyamo, mandragora. His potētia hæ δυνάμεις insunt, & nisi aliud accedat, quod facultatem in actum deducat, calefacere vel refrigerare non poterunt. Quæ huius facultatis sit essentia, diuersæ sunt opiniones, vt autor est Galenus *b*. Alii enim censuere huius facultatis essentiam cognosci non posse, vt Sceptici philosophi, & inter Medicos Empyrici existimauerũt. Alii cognosci posse voluerunt, & horum aliqui ad magnitudines & figuras corpusculorum ac meatuum, quos ὄγκους καὶ πόρους appellant, referunt. Alii, vt Galenus, ad caliditatem, frigiditatem, humiditatem & siccitatem pro prima elementorum constitutione retulere, vt etiam 3. *temper.* ostenditur. Dixit ergo Galenus, esse causam *quandam*, quoniã facultas non est vere causa, sed qualitas quædam, cuius medio causæ agant, & cum actio omnis à forma proficiscatur, vt dixit Aristoteles, necessum erit, vt causa, quæ per hanc facultatem agit, sit forma quædam. b 1. *simp.* 1.

Forma ergo inquirenda, qua inuenta, quot sint facultates, inueniemus. Corpora, quibus Medici vtuntur, vel vitam habuerunt, (raro enim viuentibus vtimur) vel vita caruerunt. Viuẽtia tres formas habent: Animam, quæ forma est. Temperiem ex quatuor qualitatibus; & totius compositi formam, quæ forma substantialis vel tota substantia dicitur. Anima proprias habet facultates, quibus agit. At vegetatiua Aristoteli *c*, vel vt Galeno *d*, naturalis, habet attractricem, retentricem & expultricem, quas Galenus alteratricis facultatis mini- c 2. *de anima* 4. d 3. *temp.* 4.

stras

ſtras nominauit. Senſitiua etiam ſuas habet. De his facultatibus ſermo nobis non eſt, cum hæc forma medicamenta non ingrediatur, ſed tantum viuentium formam comitetur: Vel eſt temperies ex quatuor elementorum qualitatibus: Et ſunt facultates, quæ inſeruiunt temperaturæ, ſuntque manifeſtæ. Eſt & tertia, quæ totius compoſiti forma eſt, quæ forma ſubſtantialis vel tota ſubſtãtia dicitur, quæ per ſuas qualitates operatur, & quia ignotæ, proprietates occultæ dicuntur.

De Facultatum Medicamentorum Numero.

CAP. V.

FAcultates manifeſtæ cum ex effectibus deſumantur, tot erunt facultates, quot medicamẽtorum effectus, qui tres ſunt: Primæ, ex primis elementorum facultatibus oriuntur, de quibus primus Hippocrates, mox & Ariſtoteles & Theophraſtus, vt autor eſt Galenus *a*, docuere. At qualitates hæ vel ſunt temperatæ, vel intemperatæ, vbi qualitatum vna excellit, à qua nomen habet; vt ſi in calore ſuperet, dicitur calidum: ſi in frigiditate, frigidum &c. Hæ ſunt facultates elementorum, & primæ ex Ariſtotele *b*, Galeno *c*, qui has facultates ὀσίας *d* vocauit. Huc calefaciendi, refrigerandi, humectandi & ſiccandi facultates pertinent, primæq; alterationes dicuntur.

a 1 & 2. *de natural. facultat.*

b 2. *de part.* 1.

c 1. *natur. facul.* 6.

d 1. *ſimpl.* 1.

Facultates ſecundæ licet primas ſequantur immediate, tamen à propriis quoq; facultatibus dependent, quæ ſecundæ dicuntur, vti eſt facultas emolliens, quæ ſequitur humiditatem: denſans, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

quæ ſequitur frigiditatem: rarefaciens, quæ ſequitur caliditatem. Huc pertinēt reſolutio, attractio, concoctio, deterſio, putrefactio, apertio, obſtructio, doloris mitigatio.

Facultates tertiæ, licet & hæ primas & ſecundas ſequantur, diuerſi tamē ſunt effectus, quare & hi à propriis facultatibus, quæ tertiæ dicuntur, dependent. Huius generis ſunt, vulnerum agglutinatio, cicatricum obductio, carnis generatio, lactis & pilorū reſtitutio &c. His Auerreoes *e* vrinæ & mēſtruorum prouocationem, lactis generationem, ſeminis auctionem, & pectoris expurgationem addit, quem ſecutus eſt Montanus *f*, quæ ex Galeno *g* deſumta ſunt. Verum Fallopius *in ſuo de compoſ. med. lib.* ad quartum genus retulit. At Fernelius, qui tres tantum facultatum ordines facit, duas, quæ à temperamento & materia dependent, & tertiam, quæ è tota rei ſubſtantia atque forma primum ac per ſe proficiſcitur, quam occultam totius ſubſtantiæ proprietatem appellat, has, quas tertias dicimus, ad ſecundas reduxit.

e *5. coll. 4. & 20.*
f *libr. de ſimpl.*
g *5. ſimpl. 2.*

Facultas occulta, quæ facultas medicamentorum quarta dici poteſt, à ſubſtantiali medicamentorum forma, vel eorum tota ſubſtantia dependet, quæ licet per qualitates operetur, cum tamen non ſatis ſit cognita, proprietas occulta dicitur, & medicamenta à proprietate & propria ſubſtantia agere dicuntur, vt eſt facultas in Agarico pituitam educendi, in Rhabarbaro bilem, in Senna melancholiam, in cantharidibus veſicam exulcerandi. Hæ facultates ratione inueniri non poſſunt, ſed experientia cognoſcuntur. Huc omnia

purgan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

purgantia & alexipharmaca referri debent; & Fallopius vrinam prouocantia, ſputum, menſes, lac promouentia, nec non ſudorem retulit, cum vnũ humorem magis quam alium reſpiciant. Verum concludentes medicamentorum facultates quatuor eſſe dicimus (quamuis non deſint, qui quinque faciant) cum Galeno, quem ſecuti ſunt Arabes & ex poſteriorib. Montanus, Fallopius, Mercurialis & alii. Iam vero licet hæc omnia ſuis facultatibus corpus alterent & immutent, horum tamen aliqua primario, alia ſecundario corpus immutant & alterant. Primario & per ſe agunt, quæ in primo ordine ſunt, vt caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas. Sic & ea, quæ in quarto ſunt genere, vt ſunt purgantia. Secundario immutant reliqua omnia. Exemplum ex ſecundo genere de rarefacientibus. Cum opus eſt rarefacere corpus, primũ opus eſt, vt humor incaleſcat, ac ſecundario corpus rarefaciat. Quare talis alteratio, quæ eſt rarefactio, primario facta non dicitur, ſed ſecundario, quia ad humorum calefactionem ſequitur. Sic cum carnem regenerari volumus, neceſſum eſt prius ſordes amouere deterſoriis medicamentis.

De gradibus ſeu ordinibus facultatum in medicamentis.

Cap. VI.

Facultatibus gradus ſunt tributi, quos τάξεις, ἀποστάσεις & φύσεις Galenus *a*, Latini gradus, exceſſus & ordines vocant. Sunt autem gradus magis minusue intenſa actio. Cũ enim aduerterent Medici, duo medicamenda calida corpori

a 2. *ſimpl.* 17.

corpori appoſita id calefacere, ſed diuerſa ratione, gradus in qualibet qualitate conſtituere. Et quidem, monente Auerroe *b* per modum comparationis corpori temperato. In qualibet vero qualitate *c* gradus quatuor conſtituuntur, qui in primis tantum facultatibus à temperatura dependẽtibus ordinati ſunt. Sed qua ratione medicamentorum ordines inueniantur, explicandum. Licet ex Arabibus Alchindus peculiarem habeat ſententiam, vti videre eſt apud Auerr. *d*, qui ex duplatione vnitatis inuenire poſſe cenſuit: ea tamen ſententia cũ ab Auerroe refutetur, eo quod plures poſſint dari gradus, hac opinione relicta, Galenum ſequamur. Quare inueniuntur ex effectibus ſenſui manifeſtis, docente Galeno, quem Auerr. ſequitur. Nam ſi medicamentum aliquod à temperato receſſerit, vel paulum receſſit, vt vix aduertatur, vel receſſit ſenſibiliter. Exemplo caliditatis oſtendamus. Quod ſi medicamentum aliquod calidum à media temperie ad caliditatem paululum declinarit, ex primo erit ordine calefacientium, vt ſi chamemeleon applicetur parti, leuis caliditas *e* perſentietur. Si recedat ſenſibiliter, vel fit abſq; dolore, vel cum dolore. Si abſq; dolore, eſt ſecundus gradus, vt ſi ſumamus ſemina aniſi, & contuſa corpori applicemus, caliditatem perſentiemus, ſed abſque dolore. Si cum dolore, vel lædet cum corruptione vel ſine corruptione. Si ſine corruptione, tertius erit gradus. A talibus enim licet dolor fiat, non tamen manifeſte partem corrumpit, ſed intemperie quadam occulta & non manifeſta continuum ſoluit. Si cum dolore & corruptione afficiat, quarti erit

b 5. col. 3.
c 3. ſimpl. 13.
d 5. col. 58.
e Galen. 2. ſimpl. 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ti erit gradus, a quibus non ſolum dolor fit, ſed & corpus corrumpitur & partes aduruntur. Sic de frigidis dicere licet. Primi gradus frigida ſunt, quę proxima videntur temperiei mediæ, vt loquitur Galenus. Secundi, quæ refrigerant ſenſibiliter, ſed ſine dolore. Tertii, quæ refrigerant ſenſibiliter, ſed cum dolore abſque corruptione. Quarti, quæ refrigerant ſenſibiliter cum dolore & corruptione, calorem natiuum extinguendo. Idem de ſiccis intelligas. An vero ſiccę dentur in quarto gradu ſenſibiliter, dubitari poteſt. Nam licet in tertio gradu ſicca citra additum calorem vim exequantur ſuam: in quarto tamen genere ex ſe hoc præſtare nō poſſunt, niſi inſigni calore adiuuentur.

Humida vero, cum humiditas ſola dolorem non inferat, non videntur tertium gradum transire poſſe: aſtipulante Auerroe *f.* Summam namque humectandi facultatem non habent, niſi frigore adiuncto actio augeatur, vt in argento viuo, cicuta, opio. At quærat aliquis, vtrum hi gradus, qui in ſimplicibus reperiuntur, etiam in compoſitis pharmacis dentur? Raimundus Lullius *libello de quinta eſſentia* multis argumentis de hac re diſputat: *Quoniam*, inquit, *in caliditate & humiditate duæ qualitates intenſæ & in ſummo dari nequeunt.* Sed hæc relinquamus.

f 5. coll. 3.

Hos in medicamentis gradus primus Galenus inuenit, eorumque diſtinctionem propoſuit, cum in iis ſit latitudo, & agant in ſuo gradu vel intenſe, vel remiſſe, vel medio modo. Quare gradus in tres partes diſtinxit, in principiū ſeu gradum incipientem, medium & finem, ſeu gradum intenſum.

Exem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Exemplum in calefacientibus in primo gradu, quæ calefaciunt remiſſe, dicuntur in principio primi gradus eſſe: Quæ medio modo, in medio: Quæ vero intenſe calefaciunt, in fine primi gradus ſunt.

Verum non ſolum in primis, ſed & ſecundis facultatibus cum Auerroe Fernelius g ſtatuit, licet Fallopius h ob exiguam latitudinem reuera dari neget, quam ob cauſam earum diſtinctionem forte etiam Galenus omiſit, vt exempli gratia: In adſtringentium vel attenuantium genere primæ claſſis ſunt, quæ obſcure id agunt: Secundæ, quæ manifeſte: Tertiæ, quæ vehementer: Quartæ, quæ ſumme & extreme. Rurſus cuiuſcunq; ordinis & initium quoddam eſt, & medium & finis. Concedendum quoque, alia magis, alia minus adſtringere vel rarefacere. Idem etiam de gradibus in tertiis & quartis facultatib. ſtatuimus. At quomodo medicamentorum facultates ex coloribus, odoribus, ſaporibus inueſtigandæ ſint, Galenus i ſufficienter docuit.

g 4. meth. 4.
h de comp. med. 4.
i 1. ſimpl.

De Medicamentorum differentiis.

Cap. VII.

Medicamenta ergo alia ſimplicia, alia cõpoſita. Simplicia facultates ſuas habent vel ab eſſentia, vel ab accidentibus, hoc eſt, qualitatibus ſeu finibus. Ab eſſentia, a quæ vel tenuis eſt, vel craſſa, quæ vnam qualitatem continent, vel partium ſunt diſſimilarium. Tenuis eſſentia ſunt, quæ cum in corpus, tum in humores ſe prompte inſinuant. Craſſæ, quarum materia alte penetrare

a 1. ſimpl. 3. & 3. ſimpl. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

non poteſt. Simplicia vero partium ſimilarium, non vt priora ſimilaria, vnam qualitatem continent, ſed plures, licet ſenſu ſimplicia videantur, vt braſſica duas habet facultates, habet expurgandi & adſtringendi, de quibus Galenus *b*, quæ ab accidentibus ſeu qualitatibus dependent. Alia ſunt qualitatis primæ, alia ſecundæ, alia tertiæ, alia quartæ.

b 3. *ſimpl.* 4. 15. & 16.

Quæ qualitatis ſunt primæ & ſimpliciſſimę, vel ſunt temperata, vel intemperata. Temperata, quę vires non ita euidentes habent, vt vel calida, frigida, vel ſicca dici queant, vt inter Herbas adianthũ, radices, aſparagus: Fructus vuæ paſſæ: Semina, lentes: Succos oleum: Reſinas, therebinthina: Gummata, maſtyx: Axungias, humana: Excremẽta, cera: Metalla, aurum: Gemmas, margaritæ: Terras, Lemnia. Intemperata vero, quæ ſic calefaciunt, vel refrigerant, vel humectant, vel ſiccant, vt gradum aliquem in his contingant, ſuntq; alia calida, vt piper: frigida, vt hyoſcyamus: humida, vt ſaccharum: ſicca, vt acetum. Et ſunt vel primi, vel ſecundi, vel tertii, vel quarti ordinis, horumq; ordinum eſt initium, medium & finis.

De Medicamentis ſecundæ qualitatis.

Cap. VIII.

FAcultates ſeu qualitates ſecũdæ, quæ primas immediate ſequuntur, vel ſequuntur caliditatem, vt rarefacientia: vel frigiditatem, vt denſantia: vel ſiccitatem, vel humiditatem. Quas quali-

qualitates vix solas, sed combinatas habent. Talia sunt medicamenta, quæ dicuntur emollientia, indurantia, quibus aliqui addunt laxantia, & tendentia, rarefacientia, densantia, attenuantia, incrassantia, detergentia, glutinantia, aperientia, obturantia, dilatantia, coarctantia, attrahentia, digerentia, discutientia, repellentia, maturantia, septica & denique anodyna.

Emollientia, μαλακτικὰ, Barbaris mollificatiua, sunt, quę impacta & condensata calefaciendo soluunt, ac per halitum digerunt, quæ calida sunt tertio ordine, sicca secundo. Caliditatem enim & siccitatem sequi, autor est Galenus & cum eo Auerroes.[a]

a 5.collect.

Indurantia, σκληρωτικὰ, Barbaris congelatiua, prædictis contraria, frigida sunt secundo vel tertio, & humida primo gradu, cum fere frigiditatem & humiditatem sequantur, Galeno,[b] licet Auerroes [c] contrarium statuere videatur.

b 5.simpl.10.

Laxantia, χαλαστικὰ, Barbaris laxatiua: Hæc nihil proprii habere videntur. Tot enim sunt species laxantium, quot sunt tensionum species. Quæ enim tenduntur, aut tenduntur propter exiccationem, tum laxanda sunt humectatione: aut tenduntur propter congelationem, tum laxantur emollitione: aut tenduntur propter repletionem, tum euacuantibus relaxantur: ita vt quædam laxent humectando, quædam vero calefaciendo, quædam molliendo, quædam mixto modo. Tendentia συντατικὰ dicuntur.

c 5.coll.7.

Rarefacientia, ἀραιωτικὰ, sunt, quæ cutis poros ampliores reddendo materiã parti impactam soluunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

uunt, quo difflari poſſit. Quæ cum ſequantur caliditatem & ſiccitatem modicam, cum tenuitate partium, moderate calida ſunt, vel in gradu primo.

Denſantia, πυκνωτικὰ, illis contraria ſunt, vt quæ cutis poros cõtinendo ſubſtantiam partis ſolidiorem reddant, ad impediendam ſpirituum diſſipationem & nimium ſudorem. Quæ cum ſequantur frigiditatem aqueam, aqueæ naturæ ſunt.

Attenuantia, λεπτυντικὰ, ſunt, quę craſſos humores incidunt & ſeparant, ſuntque tenuium partium, ſiue ſint calida, vt piper, ſiue frigida, vt acetum, quæ & intrinſecus & extrinſecus vſurpantur.

Incraſſantia, παχυντικὰ, quæ fluidos humores condenſant, & terrenæ craſſæq; ſunt ſubſtantiæ, & frigida.

Detergentia, ῥυπτικὰ καὶ τμητικὰ ſeu repurgantia, abſtergentia, exterſoria, ſunt, quæ viſcidos ac lentos humores intrinſecus viſceribus impactos, aut extrinſecus vlceribus præter naturam adhærentes abſtergunt & adimunt, Galeno *d*, quem Auicenna ſecutus eſt. Hæc caliditatem ſequuntur. Verum inter detergentia & deobſtruentia hanc differentiam conſtituunt, vt deobſtruentia internos meatus extergant, detergentia externos, hæcq; magis calida & tenuia ſunt.

d 5. *ſimpl.* & 11. *meth.* 3.

Glutinantia, illinentia ἐμπλαστικὰ, detergentibus opponuntur, quæ partem corporis cauam, poros cutis pingui obſtruunt ſubſtantia. Eiusmodi ſunt pinguia, in calore & frigore temperata, ſiccæ & terreſtris conſiſtentiæ.

Aperientia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Aperientia, ἀναστομωτικὰ, quæ interiorum partium ductus, vt inteſtinorum, dilatant, vaſorum item oſcula reſerant. Hæc cum caliditatem & acrimoniã cum partium terreſtreitate ſequantur, calida ſunt & modice ſicca.

Obſtruentia, occludētia & infarcientia συνακτικὰ Galeno, ςεγνωτικὰ quæ corporis ductus coarctant, ſequntur frigiditatem vna cum ſiccitate & partium craſſitie. Subſtantiæ igitur craſſæ, frigidæ & ſiccæ ſunt.

Adſtringentia, συπτικὰ Galeno, quæ contrahunt & conſtringunt oſcula vaſorum, idque adſtrictione. Eiusdem fere ſunt facultatis, cuius obſtruentia.

Attrahentia, ἑλκτικὰ & ἐπισπαςικὰ, quæ impoſita humores ſeroſos & fuligines ex alto extrahunt, calida ſunt ordine ſecundo completo, & ſicca.

Digerentia μεταϲυγκριτικὰ, quæ non modo attrahunt, ſed attracta diſſipant, calida ſunt ordine tertio.

Extrahentia: Huc pertinent, quæ feſtucas, ſpinas & alia qualitate occulta extrahunt.

Diſcutientia vel reſoluentia, διαφορητικὰ, quæ vel leuiora, rarefacientia dicta, vel fortiora, proprie diaphoretica, nominata ſunt, quæ aſſumpta attenuant, ſeroſas humiditates, fuligines & tetros vapores à centro ad cutim propellunt, vt vel vapore, vel humore abſumantur, quæ calida ſunt & tenium partium.

Repellētia vel repercutientia, ἀποκρουςικὰ, quæ fluentē humorē continent, & in aliam partē repellūt, quæ craſſæ & terrenæ ſunt ſubſtātiæ & frigida.

Maturantia, quæ corruptum humorem concoquunt, ſunt duplicia, vel mitigantia, vel ſuppurantia. Mitigantia ſeu concoquentia πεπτικὰ, quæ putridos humores non in pus, ſed in aliam ſubſtantiam naturæ minus inimicam, mutant.

Suppurantia ſeu pus mouentia, διαπυητικὰ, quæ putridum ſanguinem in exquiſitum pus conuertunt. Vtrumque duplex exiſtit, vnum caloris noſtri innati vim conſeruat, vel etiã auget, quod temperate eſt calidum, quod & humori putrido, quo mutatur, addit calorem innato nobis ſimilem. Alterum genus ex accidente maturat, dum poros cutis obſtruendo, calorem parti innatum, ne diſſipetur, conſeruat, vt is auctus, vel pus conficiat, vel humorem corruptum concoquat. Conuerſio enim in ſaniem, vt docet philoſophus *e* concoctionis ſpecies eſt: concoctio vero à calore fit. Quare hæc facultas calorem & humiditatem ſequitur, vtrumque calori innato ſimilem. Huiusmodi autem medicamenta ſtyptica, id eſt, viſcida & craſſa eſſe debent, vt monuit Auicennas. Cum namque ſuppurantia adhærere debeant, & tenues humores, ne diffluant, continere, viſciditatem & craſſitiem habere debent. Hinc dum ſuppurare animus eſt, cataplaſmata craſſa applicare conſueuimus. Fit autem ſuppuratio partim à calore natiuo, partim ab aduentitio, pro duplici ſuppurationis gradu. Vel namque ſuppurationis voce intelligimus totam illam actionem, quæ eſt à principio putrefactionis ad finem vsque: vel ſolum intelligimus extremam puris perfectionem, vbi album, læue & æquale fit. Hippocrates *f* enim optimum pus

e 4. *Meteor.* 2.

f 1. *prognoſt. aph.* 46.

pus dicit eſſe, ſi candidum, æquale & læue ſit, & quam minime fœtidum: maxime vero contrarium huic deterrimum eſſe.

Si primo modo ſumamus, tum efficitur id ab vtroque calore, externo & interno. In materia namque aliqua in parte præter naturam collecta, propter illius copiam primo alienus excitatur calor, qui putredinem inducit. At quia in putrefactione partes ſuppurationi contrariæ euaporant, tum calor internus exurgit, & materiam reſiduam & diſpoſitam ad maturationem perfectam perducere conatur. Hinc Auenzoar *g* voluit, ſuppurationem fieri, & à calore externo & ab innato, qui ſimul agentes in humorem, eum partim maturant, partim diſſipant.

g *lib.1, c.9, tract.9.*

Si ſecundo modo accipiatur, ſolum à calore natiuo fiet, & ſic Galenus *h* intelligendus, dum voluit, ſuppurationem fieri a calore natiuo, vbi tres alterationis ſpecies conſtituit. Idem videtur voluiſſe Auerroes *i*, dum ſtatuit, medicamenta ſuppurantia temperata & natiuo calori ſimilia eſſe debere. Quæ omnia videntur ex Ariſtotele *k* deſumpta.

h *5. ſimpl. 6.*

i *5 collect. 5.*

k *4. meteor. 2.*

Putrefacientia, σηπτικα, corrumpentia medicamenta, ea dicuntur, quæ calore ſuo noſtrum diſſipant, aut in igneum conuertunt, & mala qualitate humidum radicale abſumendo, tabem & putredinem cum fœtore inducunt. Hæc ſequuntur caliditatem ſummam, & ſiccitatem in ſubſtantia craſſa, vt videmus in cathæreticis, & eſcharoticis. minus tamen intenſus eſt calor in ſepticis quam cathæreticis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Cathæretica medicamenta, καθαιρετικά, quæ Barbaris corrosiua, de quibus Auerroes *l*, quæ etiam erodentia dicuntur, quæ carnem inutilem tam excrescentem, quam putridam absumunt, sensim tabefaciẽdo, citra vicinæ carnis corruptionem. Hæc caliditatem summam cum tenuitate partium, siquidem non multum penetrare debeant, sequuntur. Huc referri possunt illa medicamenta, quæ carnem bonam in vulneribus reparant, temperate mordicando, quæ proxime ad Sarcotica accedunt.

l 5, coll. 17.

Adurentia, πυρωτικά, quæ calore vehementissimo, cum in quarto gradu sint calida, cutim adurunt, instar ignis, aut aquæ feruentis, quæ vel mitiora sunt, vel vehementiora. Mitiora, vesicatoria & escharotica, quibus ad phenigmos & dropaces vtimur. Vehementiora, caustica, quibus ad cauteria, quæ tria sola vi agendi differunt.

Vesicatoria caloris vi humorem proliciunt, & tantum pustulas excitant, cum in tenui substantia existant, sicque leuius vrant.

Exulcerantia vel crustas facientia ἐσχαρωτικά, vehementius vrunt, ita vt arte soluta, crustæ generentur, cum in crassa substantia consistant. Quare Auicennas dicebat: His proprium absumere subtilem partem, quod fieri non potest, nisi adsit caliditas cum parte terrestri.

Caustica sunt, quæ adhuc vehementius vrunt, vt non solum vesicas excitent, cutim soluant, sed etiam in carnem agant repente exurendo, crusta crassiore inducta. Quare inquit Auerroes *m*, hæc facere opus suum, quod facit pruna, id est, carbo:

m 5, coll. 16.

esse

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

esse autem in fine caliditatis cum crassitie substantiæ. Huc referri possunt inflammatiua, quæ in summo sunt gradu, cuiusmodi medicamentum fuit illud Medeæ, cuius Galenus *n* meminit, quo caput patris Iasonis combussit, quod ex sulphure & humido bitumine constabat. n 3. *Temp.* 2.

Dolorem mitigantia, vt autor est Auerroes *o*, triplicia sunt: Vel enim causam doloris remouent medicamentis variis, vt purgantibus & digestiuis, quæ facultatum secundarum non sunt. Sed hæc Anodyna dicenda non sunt. *Quæ enim*, inquit Galenus *p*, *affectum sanando dolorem sedant, ea recte Anodyna dici nequeunt. Nam id commune est omnium, quæ curant.* Vel Anodynis vtimur, quæ ἀνώδυνα Galen. ad Glauconem, vel quæ παρηγορικὰ hoc est, dolorem sedantia, & πραϋντικὰ, id est, mitigantia eidem dicuntur. Hæc eidem duplicia: Alia, quorum facultas est reuera anodyna; Alia tantum dicuntur talia, quæ dolores ex quacunque causa ortos demulcent & leniunt, causam vero doloris non tollunt, in quo differunt ab iis, quæ dolorem tollunt; Hæc autem, vt *ibidem* recte Auerroes, temperata esse debent calori naturali similia: aut parum calidiora, vtpote gradui primo & in tenui substantia. Quare Galenus Anodynorum naturam sic expressit: *Quæ reuera sunt Anodyna, partium tenuium sunt, & non multo calidiora, quam quæ symmetra sunt.* Necesse est, vt scilicet euacuent ac digerant, tum rarefaciant, extenuent, concoquant, & æquabile reddant, quicquid in partibus dolore vexatis aut humorum acrium, aut lentorum, aut crassorum, aut multorum tenuibus spiramentis infarctorum,

o 5. *collect.* 13.

p 5. *simpl.* 19.

aut etiam vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus exitum commodum non inuenientis inhæsit atque inclusum est. Itaque nil prorsus adstrictionis habeant oportet. Huncq; verũ modum mitigatiuum dixit Auerroes. Hæcque dolorem, tam eum, qui à calidis, quam qui à frigidis caussatur, mitigare possunt. *Vel vtimur iis, quorum facultas tantum dicitur anodyna, reuera tamen non est*, ait Galenus. Hæc à Medicis Ναρκωτικὰ obstupefacientia dicuntur, quæ dolores quoque auferunt, ita vt non persentiatur, verum non vt medicamenta causam tollendo, vel vt anodyna, leniendo, sed parti stuporem inducendo, vel somnum conciliando, vnde ὑπνωτικὰ vt habet Galenus q dicuntur, eaq; ratione sensum adimũt. Quare Auerroes hæc dixit dolorem non mitigare, nisi per accidens membrum sensu priuando.

q 5. *simpl.* 19.

His temere vtendum non est, nisi necessitate summa vrgente, cum nil sit, quod æque debile reddat corpus, ac dolor, Galeno auctore. Talia autem ex communi Medicorum opinione summe frigida censentur, vt opium, (de quo tamen valde dubitamus) hyoscyamus, mandragora. Hinc Galenus scripsit, frigida partem obstupefacere, & temperiem veris anodynis summe aduersam sortiri, ita vt si paulo liberalius ebibantur, mortem adferant. Verum non sine causa ambigi potest, an Narcotica in hanc classem sint referenda, cum videamus dari quædam extreme frigida, quæ tamen non dicuntur stupefacientia, vt sedum maius, quod hyoscyamo frigidius est, non tamen ita stupefacit. Quare videntur propria

qua-

quadam facultate νάρκωσιν inducere. Qua de re suo loco.

De Medicamentis tertiæ Qualitatis.

CAP. IX.

CVm de natura Medicamentorum, à quibus facultates secundæ promanant, dictum sit, subiiciendum nunc, à quibus Tertiæ dependeant, vel quæ tertiæ facultatis sint; quæ à secundis differunt, quia tertiæ ad peculiarem aliquam materiam, aut peculiarem partem respiciant. Talia sunt, quæ dicuntur carnem generantia, vulnera glutinantia, cicatricem inducentia, lac generantia, pilos restituentia.

Carnem generantia, σαρκωτικὰ *a* sunt, quæ in vulnere, aut vlcere cauo, carnem deficientem renasci faciunt, ita vt carne repleantur. Talia sunt, vt habet Auerr. *b* abstergentia & mediocriter siccantia. Abstergentia, quæ in vlcere sordes plande absque morsu abstergunt. Siccantia, vt humiditatem in vlcere moderate siccent, & ea, quæ carnis generationem impediunt, subtrahant. Sic & in vulnere. Sequuntur enim, vt recte Galenus *c*, facultatem extergentem & siccantem in primo gradu, vel paulo plus in caliditatem & siccitatem moderatam. Sunt autem calida & sicca infra ordinem secundum, quo acria non sint & mediocris substantiæ: nec adstringere debent, eo quod sordes vlceribus magis *d* affigant. At inquies, Hippocratem *e*, & cum eo Galenum *f* scripsisse, carnem facere,

a 3. *meth.* 5.
b 5. *col.* 14.
c 5. *simpl.* [illegible] 3. *meth.* 4.
d 3. *meth.* 4.
e *lib. de carnibus.*
f 3. *meth.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

facere, & ſolidare, ſolius naturæ & caloris natiui opus eſſe. Reſpondetur, ſarcotica non dici, quod carnem faciant, ſed quod materiam præparent, vt in carnem mutetur. ſed & calori natiuo ad id perficiendum auxilio ſunt. His contraria ſunt, carnem minuentia. Talia ſunt, quæ valenter detergunt, & quæ epuloticis proxima ſunt.

g 3.*meth*.4.5. Vulnera glutinantia, κωλυτικὰ *b* ſunt, quæ recẽtia labra vulnerum adducta coniungunt, quatenus prohibent, ne inter labra humor aliquis influat. Hæc plus ſiccare debent quam Sarcotica *h*. Talia ſunt adſtringentia craſſæ ſubſtantiæ, ac ſicca ordine ſecundo, calore temperato. Quibus vtimur, vbi ſordes fuerint expurgatæ, cauitates carne repletæ, aliaque, quæ glutinationem impediunt, fuerint ſublata. Et hæc differunt ab epuloticis ſecundum magis & minus.

h 3.*meth*.4.

i 3.*meth*.5. Cicatricem inducentia, ἐπουλωτικὰ *i*, ſunt, quæ vlcerum carne repletorum labia, quoad ſuperficiẽ vehementer exiccant, quo cutis inſtar cicatrix obducatur. Quæ frigida ſunt, morſu tamen carentia, ſicciſſima, quo humorem abſumant, & craſſioris ſubſtantiæ, vt carnem contrahant atque denſent.

k 5.*coll*.15. Quare Auerroes *k* dicit ſtyptica eſſe debere & fortér ſicca. Hinc Galenus differentiam inter glutinantia & cicatricem inducentia medicamenta expoſuit. In glutinatione vlcerum ſiccandum eſt, quod affluit, quo affecta pars ſuperuacuis careat. In cicatricis obductione non modo quod affluit, verum etiam humor, qui in ipſa carne continetur, eſt conſumendus. Glutinantia medicamenta humorem, qui præter naturam eſt, tantum exiccant.

Cicatri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Cicatricem inducentia non modo humorem exiccant, ſed etiam humorem, qui in carne eſt, abſumunt.

Sudores mouentia, vt & vrinas, menſtrua cientia, lac & ſemen generantia, pulmones expurgantia, lapides frangentia. Eiusmodi medicamenta alii ad quartas referunt qualitates, eo quod vnum potius & peculiarem reſpiciant humorem, quibus proprietatem quandam occultam, ſeu qualitatem propriam ineſſe volunt.

Sudores mouentia, ὑδρωτικὰ, calida ſunt & tenuium partium, quo humores extenuent, meatus rarefaciant, vt humor attenuatus per poros cutis erumpere poſſit. Quibus contraria ſunt, ſudores ſiſtentia, quæ frigida ſunt & craſſarum partium.

Vrinas mouētia, διουρητικὰ, quæ copioſe & præter conſuetudinem vrinas educunt, caliditatem & ſiccitatem inſignem ſequuntur. Ratio à Galeno *l* adfertur talis: Cum ad vrinæ prouocationem requiratur, vt ſerum à ſanguine ſegregetur, neceſſum eſt, fieri aliquam colliquationē, quæ ſine aliqua caliditate inſigni fieri non poteſt. Quare talia calida & ſicca, & quidem gradu tertio eſſe debent. Nam vt Auerroes *m*, caliditatem cum ſubtilitate requirit. Obiicitur: Semina frigida, dicta maiora, ſcilicet citrullorum, cucumerum, cucurbitarum, & melonum, vrinam mouere: Non ergo diuretica omnia calida & ſicca erunt. Reſpondetur, diuretica duplicia eſſe; Alia moderate vrinam prouocare: Alia vehementer. Moderate, quæ quaſi temperata & extergendi facultate prædita ſunt, cuiusmodi ſunt, ſemina frigida, maiora dicta,

l *5. ſimpl. 12.*

m *5. coll. 20. 12.*

quæ

quæ frigida appellantur, quod cum aliis ſeminibus collata, frigida videantur. Vehementer mouent ea, quæ calida ſunt, & ſicca; Et hæc fuit Galeni & Auerrois ſententia, dum voluere, facultatem diureticam ſemper ſequi caliditatem & ſiccitatem.

Menſes mouentia, ὑστερικά, à diureticis in eo tantũ differunt, quod minus ſicca eſſe debeant. Quare calida ſunt ordine tertio: ſicca vero primo vel ſecundo. Menſes ſiſtentia his ſunt contraria, & fere omnia frigida, quæ venerem ſedant, & ſemen exſtinguunt.

Facultas lac & ſemen generans in cibis & potibus reperitur. Si vere lac & ſemen gignenda ſunt, non ex alio, quam ex optimis cibis & potibus naſci poſſunt. Hæc autem facultas partim in medi-
n 5. *ſimp.* 21. camentis, partim *n* in cibis conſiſtit. In medicamentis hæ facultates ſunt, quatenus ſuccos pituitoſos efficiunt, qui in ſanguinem vertuntur. In alimentis ſecundum totius ſubſtantiæ ſimilitudinem, vbi boni ſunt ſucci, moderate humida & tepide calida. Quæ facultas ſequitur caliditatem in ſecundo gradu, absque vlla ſiccitate. Obiicitur
o 5. *collect.* 20. ex Auerroe *o*, Menſes mouentia, ipſo ſcribente, eiusdem eſſe generis cum iis, quæ lac generant. Iam vero menſes mouentia ſicca eſſet debere: Lac autem generantia calida ſine ſiccitate, dictum fuit. Reſpondetur, lac generare & menſes educere, contraria videri. Si enim lac fit ex ſanguine menſtruo laudabili, tũ is, ſi extra corpus ducatur, quomodo lac generabitur? Similitudinem quandam haberi in facultatibus, quæ lac faciunt & menſes mouent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

mouent, dixit Galenus *p*, quæ similitudo posita est in caliditate & motu. Facultas enim menstrua mouens, sanguinem ad vterum; quæ vero lac, sanguinem ad mammas mouet. At notare hic conuenit, quod ea, quæ lac vel semen producunt, non vere semen aut lac faciant, sed tantum prouocent materiam deducendo ad mammas & vasa seminaria. Deinde Galenus flatulenta πολυσπέρματα vocat, quæ tamen vere semen non efficiunt, sed tantum materiam seminis flatubus implent, quæ repleta extenditur, vt videatur in maiorem molem augeri. Debent etiam esse viridia ex mente Galeni *q* & humida, non sicca actu; nam sicca plus, quam oportet, calefaciunt & desiccant. Si quæras, in quo differant, lac & semen generantia; Respondetur in hoc, quod lac generantia melioris succi esse debeant: semen vero producentia, sanguinem magis flatulentum reddere debere. Vnde Auerroes *r*, *medicamenta & cibi, quæ generant sperma, sunt calidi & humidi ac ventosi.*

p 5. simpl. 22.
q 5 simpl. 21.
s 5. coll. 20.

His contraria sunt lac imminuentia, & semen extinguentia: quæ enim vel exiccando sanguinem absumunt, vel frigiditate, vel alia qualitate deteriorem reddunt, ea, quo minus lac generetur, impediunt: sic quæ frigidiora sunt, quæ item nimio calore exiccant, semen extinguunt.

Lapides frangentia seu imminuentia λιθοθλιπτικα, sequuntur caliditatem modicam, & humiditatem, cum partium tenuitate. Non enim valde calida esse debent propter rationem ab Auerroe *s* propositam. Calor enim, qui indurat & petrificat, est fortissimus. Sic calorem extraneum lapi-

s 5. collect. 20.

des

des indurare videmus. Quare in eorum fractione necessarius est calor suauis, & non ita fortis, in quo sit humiditas aliqua, comparando calori, qui indurauit lapides, & cum subtilitate.

Tandem facultates quædam sunt à partibus corporis denominatæ, vt Cephalica, Ophthalmica, Pleuritica, Colica, Stomachica, Hepatica, Splenica, Nephritica, Cystica, Hysterica, Arthritica. Hæc ad medicamenta, quæ per quartã facultatem agunt, referenda esse aliqui volunt: eo quod in proprium aliquod membrum aut humorem agant. Verum cum Galeno *t* statuimus, medicamenta hæc talia non esse, vt tantum vni prosint, alteri vero nihil: nec talia esse, vt omnibus partis affectibus congruant: sed talia dici, quoniam frequentissime aut maxime in eam partem, à qua nomen sunt mutuata, agant. Declarat hoc Galenus exemplo medicamenti ophthalmici, vt est collyrium diarhodon & diapompholygos: hoc vtimur in oculorum affectibus, & tamen vti etiam licet in aliis, vt affectibus aurium, narium, oris, pudendi & ani, non tamen ita frequenter, neque tanto cum fructu.

t 5. coll. 2.

De Medicamentis quartæ facultatis.

Cap. X.

Quartæ facultates sequuntur, quæ secundum Auerroen *a* non operantur per primam, secundam & tertiam virtutem, sed per proprietatem, quam Medici totam substantiam nominant; vel

a 5. coll. 21.

vel proprietatem occultam, vel operationes à ſubſtantiali forma dependentes appellant, de quibus Theophraſtus *b*. Hæc autem operantur vel per alterationem, vel per motum localem. Per alterationem, quia corpora aut ad malum, aut ad bonum alterantur; vel intro ſumpta, vel externe applicata. Quæ ad malum operantur, ſunt venena omnia. Quę ad bonum, vel intrinſecus, vel extrinſecus. De his Galenus, Plinius, & alii multa tradiderunt. Intrinſecus: vt cerebrum paſſeris, venerem auget: pulmo vulpis aſthmaticis: hepar lupi hepaticis: interior venetriculi gallinæ tunica, ſtomachicis prodeſt: inteſtinum lupi dolori colico &c. Extrinſecus, vt ſunt, quę de collo amuletorum inſtar ſuſpenduntur, vt viſcum quercinum, radix pœoniæ, vngula alcis, ſmaragdus, contra epilepſiam valere creduntur: ſic quædam, quæ febres abigunt, quæ λεξιπύρετα vocauit Galenus: in affectibus oculorum Valerianæ radix. Vel operãtur per motum localem: quæ agunt vel impellendo, vel retinendo, vel attrahendo. Impellendo: ſic vnicornu venenum repellit, corallina, vermes expellit. Retinẽdo: ſic lapis æthites coxæ alligatus partum retinere Albertus Magnus refert. Attrahendo, vel attrahunt humores, vel alia corpora, vt dictamnus Creticus ſagittas ex corpore extrahere ſcribitur. Humores attrahunt aut vnum, aut plures, vt docet Galenus, cuiusmodi ſunt, vt habet Auerroes *c*, Medicinæ laxatiuæ. Attrahentia vnum humorem: ſic ſolam pituitam attrahit helleborus albus, hermodactyli, charthamus, cucumis aſininus; Bilem, aloe, manna, ſuccus roſarum;

b 1. de cauſſis plantar. 23.

c 5. coll. 21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Melancholiam, ſenna, polypodium, helleborus niger.

Attrahentia plures humores, Rhabarbara, agaricus, ſcammonea, quæ bilem vtramque & pituitam educere creduntur. Sic Galenus *libello de purgantibus medicamentis* concedit *d* dari medicamenta, quę ſanguinē ex venis attrahant, producens exemplum, quod Bithyniæ in Thracia ipſo adhuc puero contigit. Inuenerat homo herbam, quam ſi quis aſſumpſiſſet, ſanguinem primo, tum vitam amittebat. Multis hoc pacto morientibus, hominem comprehendunt & ad gentis magiſtratum ducunt, qui tandem obligatis oculis, ne cui herbā iſtam oſtenderet, ad ſupplicium deductus fuit. Sic Theophraſt. *e* tradit, reperiri herbam, non ſolum, quæ ſanguinem ſiſtat, attrahat, ſed etiam expellat & diffundat, quod falſum quibusdam videtur, cum tamen in India talem etiam reperiri, ſcriptores neoterici tradant.

d *cap.* 4.

e 4. *hiſtor. plant.* 15.

Quæ ergo pituitam ſolam purgant, phlegmagoga; bilem atram, melanagoga; quæ bilem flauam, cholagoga; quæ vero aquam & ſeroſos humores ducunt, hydragoga dicuntur; quæ denique ſanguinem à putridis & aduſtis humoribus, vt etiam ſalſis & ſeroſis expurgant, hæmagoga dicuntur.

Qua vero ratione à Medicamentis humorum fiat attractio, ita vt potius hic, quā alius trahatur, diuerſæ fuerunt & etiamnum ſunt ſententiæ, vti videre eſt apud Galenum *f*. Veterum enim fuit ſententia, medicamentum purgans humorem communi tractu educere, ita vt vno detracto, conſecu-

f *de purgantib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ſecutione quadam alii quoque ſuccedant, vt vacuum detur, & quidem omnes humores indiſcretim cuncurbitulæ inſtar trahere, ita tamen, vt is, qui magis fluidus primo, dein craſſior, poſtremo craſſiſſimus trahatur: ita vt ſi medicamẽtum forte non fuerit, nihil præter ſerum educatur: ſi fortius, vna & bilis; ſi fortiſſimum, ſimul & pituita cum melancholia. Quam ſententiam erroneam eſſe, medicatio docet. Hydropicis enim ſeroſis humoribus adundantibus ſcammoneam, vel ſuccum rad. ireos ſi exhibueris, educentur ſeroſi & aquoſi humores: Si vero eidem exhibueris agaricum, vel ſennam, non aquam, ſed craſſos humores expurgabis. Sic ſi ſano homini iridis ſuccum exhibeas, ſeroſus & tenuis humor educetur, non vero craſſus. Ariſtotelis *g* ſententia fuit, humores à medicamentis purgantibus duci, eo quod medicamenta à calore noſtro non ſuperentur, ſed inconcocta maneant, & id partim propter quantitatem, partim propter qualitatem fieri: & quæ propter qualitatem inconcocta maneant, proprie medicamẽta purgantia eſſe. At Auicen. *h* voluit, proprietatẽ hanc eſſe aliquo modo ad elementorum confluxionem, & cœleſtes influxus comparatam. Quare & Meſues *i* ad proprietatem cœleſtem retuliſſe videtur. Auerroes *k* vult fieri propter caloris ꝓprietatem, quæ medicamentis inſidet, ita tamen, vt neceſſaria menſura caloris ſit in medicamento, vt operetur. Galenus *l* facultatem hanc attractricẽ, quæ in medicamentis eſt, poſitam eſſe in ſimilitudine voluit, quæ eſt inter medicamentum attrahens, & humorem attractum. Ad quam ſimilitu-

g *3. probl. 43.*

h *lib. de viribus cord.*

i *lib. de ſimpl. med*

k *5. col. 21.*

l *in lib. de purgant: & 3. ſimpl. 25.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

dinem calor requiritur, quo vasa aperiantur, quibus apertis humores trahantur. Quam similitudinem Galenus in forma substantiali posuit, secutus Hippocratem, qui pronunciauit, Medicamentum cum fuerit in corpus ingressum, primum id, quod omnium maxime sibi natura respondet, eique simile est, deducere. Dein alia quoque trahere & purgare, quemadmodum semina ac stirpes terram vbi subierint, id quod in terra secundum ipsorum naturam est, sibi attrahunt, tum cetera deinceps. Talem modum & medicamenta in corpore seruant. Quæ enim bilem mouent, hanc meracissimam primum purgant, dein mixtam. Auicennas hanc similitudinem agnoscere noluit, inquiens: *Si attractio fit à similitudine substantiæ, tunc ferrũ attraheret ferrum, aurum aurum.* Verum licet similitudo sit & in humore & in medicamento, hoc tamen aduertẽdum, in similitudine, quod validius trahat infirmius; Quæ similitudo cum maior sit in medicamento, quã humore, idcirco medicamentum humorem, & non humor medicamentum attrahit. Sic magnes attrahit ferrum, electrum paleam, non contra: quia vis attractrix, quæ similitudine fit, robustior est in magnete vel electro, vt aptior sit attrahere, quam attrahi, Galeno *m* docente. Sic carthamus similitudinem quandam habet à pituita non plane alienam, vt color præ se fert, sed tamen calore ipse, quam pituita, valentior est, vt pituitam attrahere possit, non autem à pituita trahi. Vnde Fernelius similitudinem hanc inquit esse non in temperamentis, sed substantiis. Explica quoque Galenus *n* similitudinem, quæ vtrisque ines[...]

m 3. *simp.* 25.

n 3. *meth.* 4.

ineſſe debet, eius quod purgat, & eius quod purgatur, vt cum quod purgatur, pituita eſt, quod trahit, pituitoſum ſit, oportet; Non autem plane pituita eſſe debet. Quare ſimilitudo ineſt ſubſtantiis, non autem eſt idenditas. Sic ferrum non attrahit ferrum, nec caro carnem, ſed magnes ferrũ, caro ſanguinem: differunt enim idem & ſimile. Sit pituita cum pituita eadem, & cnicus cum cnico, magnes cum magnete, ferrum cum ferro: ſimilis autẽ pituitæ cnicus, ferro magnes, non tamen idẽ.

Duplex *o* autem eſt hæc ſimilitudo in medicamentis purgantibus, vna actu, altera potentia. Quare purgantia quædam iam poſſident ſimilitudinem ad attractionem idoneam: quædam non perfecte poſſident, ſed in corpore animantis accipiunt, quemadmodum cauſtica medicamenta, quæ agunt beneficio caloris corporis noſtri, à quo in actum deducuntur.

o *3. ſimpl. 26.*

Sed quæritur, qualis ſit hæc ſimilitudo, an ſubſtantiæ, an vero temperamenti? Si namque fieret ab aliqua temperamenti ſimilitudine, tunc nullum daretur phlegmagogum medicamentum, cum pituita frigida ſit; Omnia vero purgantia ſint calida, vt docet Galenus *p*. Hæc vero ſubſtantia, in qua ſimilitudo hæc, non eſt ipſa rei materia, à qua aut tenuis aut craſſæ ſubſtantiæ dicitur. Nec huius ſubſtantiæ ſimilitudo attractionis cauſſa eſt: alias agaricus, cum tenuis ſubſtantiæ ſit, craſſiorem pituitam non educeret, nec Rheubarbarum, quod adſtringens & ſolidæ ſubſtantiæ, tenuem bilem euacuaret. Quare illa ſubſtantia totius ſubſtantiæ proprietas dicitur, quæ cum nec

p *lib. de purgantib.*

materia ſit, nec temperamentum, neceſſe eſt, eſſe rei formam, cuius proprietates & facultates non inueſtigantur eo modo, quo primarum, ſecundarum & tertiarum, vtpote colore, ſapore, odore, aut aliis ſenſuum qualitatibus, ſed ex ſolis effectibus percipi poſſunt. Quare à plerisque cœcæ & occultæ qualitates & facultates dicuntur. Hactenus de medicamentis in genere. Nunc quæ cauſa ſit, cur compoſita medicamenta fuerint inuenta, inquiramus.

Medicamenta cur componantur.

Cap. XI.

TRia ſunt, quæ cogunt Medicos, vt compoſitis vtantur, quæ etiam neceſſitatem mixtorum medicamentorum oſtendunt. Primum, morborū ſeu affectuum varietas. Alterum, partis affectæ natura. Tertium, medicamenti ſimplicis penuria. Si namq; omnes morbi ſimplices forent, nulla eſſet mixtionis neceſſitas: ſimplici enim affectui ſimplex remedium, ipſi tamen contrarium, opponeretur. Sed cum morborum diſſimilis ſit ratio, varia eorundem complicatio, ſimplex remedium par eſſe & ſufficere nequit: remedium enim viribus ſit æquale cum morbo oportet, Galeno monente. Quidā enim morbi ex diuerſis complicantur, vel totius corporis, vt febris eſſentialis cum phlegmone, vel partium diuerſarum, vt cum dolor colicus & nephriticus ſimul infeſtant. Plerumque etiam eiusdem partis morbus compoſitus eſt, vt vlcus cum intemperie, tumore, cauitate, quibus affectibus, cum inter ſe ſint diuerſæ naturæ, ſimplex

4. ſimpl.

plex remedium par eſſe nequit. Cauſſarum quoque morbificarum concurſus cum ipſis morbis compoſitionis neceſſitatem inuehunt, vt cauſſa quarumlibet febrium ſpuriarum: Siquidem ſi bilis flaua vna cum pituita, aut contra, vel cum quodam alio humore putreſcat, remedio opus eſt cõpoſito, ad vtriusque humoris præparationem & purgationem. Plerunque etiam morbi cauſſa diuerſa eſt ab ipſo affectu, vt pituita frigida, humida, cauſſa febris quotidianæ, diuerſa eſt febri calidę & ſiccæ: quare pituita frigida, craſſa, lenta calefacientibus, attenuantibus, incidentibus & detergentibus indiget: febris vero refrigerãtibus. Similiter & ſymptomatis magnitudo aliud remedium ab ipſo affectu poſtulat, vt virium imbecillitas in febre ardente, vinum requirit: contra febris prohibet; Quare vt ingenti ſymptomati occurratur, & morbus non negligatur, vinum dilutum conceditur.

Altera cauſſa fuit, totius corporis & partis affectæ natura. Cum enim in omni morbo curando duo ſint ſpectanda, vt dicitur 8. *method*. vt, quæ præter naturam ſunt, auferantur: quæ vero ſecundum naturam, conſeruentur; ſi corpus natura humidum, laboret morbo humido, minus exiccandum, ne natiua temperies labefactetur: Proinde exſiccantia efficaciora humectantium admixtione temperanda erunt. Sic quoad partem affectam, exemplum ſit in hepate ſcirrho affecto: Affectus ipſe emollientia requirit: pars vero ipſa cum emollientibus adſtringentia deſiderat, ad ſui roboris, actionis gratia,

custodiam. Deinde cum sæpe remedia parti quidem affectæ accommodata, ad eam tamen per se peruenire nequeant, requirunt alia, quæ eo deducant, vt cum linimenta aut vnguenta lieni applicamus, aliquid aceti inunctionis tempore admiscemus. Aliis vinum aut aquam vitæ, aut quid simile, maioris & celerioris penetrationis gratia. Sic quando obstructio partem aliquanto à ventriculo remotam obsidet, iis, quæ obstructionem tollere apta sunt, addere oportet parti appropriata, vt pulmoni pulmonica, quale est tussilago, hepati hepatica, vt agrimoniam, spleni splenica, vt ceterach.

Tertia caussa est, medicamentorum simplicium penuria; Non raro enim deficit vel ad affectum simplicem; aut si obuium est, vel vehementius, vel imbecillius esse potest, tum vehementioris vis refrenanda, leuioris vero augenda alterius admixtione, quo remedium ipsi affectui & morbo viribus sit æquale. Accedit etiam, quod sæpe remedium simplex colore, sapore, vel odore displiceat, consistentia molestum sit, quæ accessione aliorum emendare oportet. His accedit simplicium conseruatio, quæ in multis citra mixtionem fieri non potest, vt succi herbarum nisi inspissentur, diu conseruari non possunt. Quare quisquis rationem componendorum medicamentorum assequi volet, affectuũ præter naturam differentias, corporis & partis affectæ naturam, facultatem, actionem, situm, sensum, figuram, medicamentorum vires cognoscere debet, & cetera, quæ compositionem & vtendi modum indicant.

Ipsa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Ipſa vero compoſitio quatuor rebus perficitur: Iis, quæ morbum curant: iis, ſine quibus priora ſuum effectum præſtare nequeunt; iis, per quæ melius fit actio: & iis, quæ reliqua iuuant ac conſeruant. Verum & idoneus compoſitis vtendi modus requiritur, quemadmodum in ſingulis remediis oſtendemus.

De medicamentorum compoſitorum differentiis.

Cap. XII.

Medicaméta vero compoſita aut interna ſunt, aut externa. Illa vel intro ſumuntur, vel immittuntur; hæc vero extrinſecus applicantur. Quę aſſumuntur, aut ſunt liquida, aut mollia, aut ſicca; eaque aut alterantia, aut purgantia, aut roborantia. Liquida ſunt iulepi, ſyrupi, apozemata, potiones purgantes, deſtillata reſtaurantia, emulſiones, gargariſmata. Mollia vero, vt boli, opiatæ, conſeruæ, eclogmata. Sicca vero ſunt electuaria, tabularum forma trochiſci, paſtilli, placentulæ, pulueres, apophlegmatiſmi, dentifricia, quæ omnia per os ſumuntur. Quæ vero immittuntur, vel iniiciuntur, vel induntur. Iniiciuntur clyſteres in inteſtina, fiunt iniectiones in veretrũ & veſicã, in vterum, in aures, in nares, vt errhina, quæ etiam attrahuntur, & quæ in vlcera ad partes internas penetrantia, & in fiſtuloſa iniiciuntur. Induntur autem in anum ſuppoſitoria, noduli, in vteri collum peſſaria.

Extra vero adhibentur collyria, quæ à quibusdam inter interna numerantur, embrochæ, litus, cerata, vnguenta, emplaſtra, pultes, cataplaſmata, fomenta, frontalia, epithemata, balnea vniuerſalia & particularia ſeu inſeſſus ſeu ſemicupia, ſacculi, cucuphæ, ſemicucuphæ, ſcuta, dropaces, ſinapiſmi, cauteria, ſuffitus, pulueres.

De ſuppoſitoriis & nodulis.

C A P. XIII.

MEdicamenta, quæ per anum induntur, duplicia ſunt, ſuppoſitorium & clyſma. At cum inter medicamenta compoſita ſuppoſitorium ſit ſimpliciſſimum, de eo primo acturi ſumus. Dicitur autem Græcis, præſertim Hippocrati *a* βάλανος, quamuis & Peſſus, quo ad vterum repurgandum vtimur, eidem *b* ſæpe βάλανος dicatur: ὑπόθετον *c* Myrepſio; Glans ſubdititia Aetio: Balaniſmus & Peſſulus Aureliano *d*. Latinis Glans, à ſimilitudine glandis quercinæ. Fuerunt, qui collyria vocarunt, vt Columella *e*, & Aurelianus *f*. Vulgus ſuppoſitorium, quod ano ſupponatur, appellat. Eſt autem ſuppoſitorium *remedium ſolidum, oblongum & rotundum, pyramidis forma, quinque aut ſex digitos longum*, quod ano ad eius ſphyncteris irritationem, & facultatis expultricis excitationem, ad excrementorum euacuationem inditur. Talis autem longitudo requiritur; cum toti recto inteſtino expultrix facultas indita ſit.

a de ratione vict. in acut.
b 1. de mulier. 6.
c Sect. 6.
d lib. 4. tard. paſſ. 7.
e lib. 6. c. 6.
f lib. 3. c. 8.

Etſi præcipuus ſuppoſitoriorum vſus ſit, facultatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

tem expultricem irritare, quo excrementa *g*, diutius in intestino retenta, expellat: tamen iis vtimur quoque in variis casibus, vt, quando ægrotus imbecillis *h* est, qui multo facilius suppositorium, quam clysterem admittit. Quare Hippocr. *i* vbi cibus assumptus non descendit, & æger imbecillis est, glandem præscribit. Dein etsi vires clysma admittant; sæpe tamen feces induratæ, glandem necessariam indicant, vt aluo stimulata ad excretionem proritentur, quo via sit clysteri. Tum, quando vnus vel duo clysteres iniecti per aluum non redeũt, quod in colicis sæpe vsuuenit, & alios clysteres indere periculosum, tum glans, sed efficacior, requiritur. Quemadmodum etiam, si medicaméta assumta in operatione tarda sunt. 4. Quando ætas vel consuetudo clysteres non sustinet, vt pueris, dum lactant, vtiliores sunt glandes. Sunt alii, qui quiduis potius, quam clysteres admittant. 5. Similiter, quando à clystere aliquid mali timetur, vt mulieres, dum sunt prægnantes & proximæ partui, vel nuperrime peperere, à clysmatibus offendi solent. Quare tunc ad glandes confugere oportet. Sic reperiuntur, qui assumpto clystere, statim post primam sedem in animi deliquium incidunt, vel etiam à clysmatibus tormina patiuntur. Deniq; quando à capite deriuare aut aliquo modo purgare animus est; Quare in capitis veternosis, vt & præcordiorum affectibus, recti intestini morbis eiusque sphyncteris, paralysi, & contra ascarides in ano hærentes, iis vti consueuimus.

g *Aegin. lib. 1. c. 45. Oribas. 5. syn. 20.*

h *Aet. tetr. 1. ser. 3. c. 160.*

i *Sect. 1. de ratione vict. in acut.*

Genera glandium tria sunt, lenes, mediocres & vehementes seu acres. Lenes vel sunt simpli-

ſimplices, vel compoſitæ. Simplicium materia eſt mel, quod tantiſper coquitur, dum craſſeſcat & inſpiſſetur. Tunc vero ſatis coctum eſt, quando ſuper orbem ſtanneum aut lapidem marmoreum effuſum concreſcit; & ficus arida inuerſa. Fiunt etiam ex lardo ſalſo, conciſo ad longitudinem minimi digiti; ex ſeuo, candela, ex ſaponis albi ℥ ß. ex radice aliqua, ſuccum lentum habente, vt altheæ, maluæ, vel quæ nitroſitatem habent, vt betæ, mercurialis, bryoniæ, braſſicæ excorticatæ, quæ vt facilius ſubeant, vſus tempore, vel butyro, vel oleo, vel adipe, vel axungia illinuntur. Fiunt etiã ex caulibus herbarum detergentium, vt betæ, braſſicæ, mercurialis. Nonnulli mercurialis folia
k *tetr.* 1. *ſer.*3. *c.*360. contuſa in anum intrudunt. Hinc Aetius k. *optima glandula fit ex foliis mercurialis viridibus tritis.* Alii amygdalas ſaccharo obductas, aut trochiſcos ſaccharatos indunt. Fiunt & ſimplices ex allio ſolo ad flatus diſcutiendos, in pueris præſertim. Sed quia ad irritandã facultatẽ expultricẽ tam ſimplices interdũ non ſufficiant, vel propter facultatẽ expultricem pigram, vel propter partis obtuſiorem ſenſum, tum glandes lenes, ſed compoſitæ fiunt ex
l *Aegin. Oribas. Aetius.* melle, addito ſale ad acuendam vim glandis, maxime in pueris, quibus & ſalis l grumus inditus, cepaque & porrum capitatum ſufficit. Doſis eſt ad ℥. j. mellis, ſalis communis pulueriz. ʒ ß. vel ʒ. j. quæ ſimul coquuntur. Et hoc eſt ſuppoſitorium cõmune appellatum in officinis. Sed aduertendũ, vt in conficiendis ſuppoſitoriis ex melle cocto & digitos & omnia inſtrumenta, quib. vteris, prius oleo aut butyro inungas, niſi omnia tam digitis quã inſtrumentis adhærere velis. Alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Alii conficiunt ex farina hordei vel tritici, vel siliginis cum aqua in massam redacta, & sale modico condita, quæ exiccantur, & vsus tempore oleo inunguntur. Aliqui radices prædictas vel caulis oleo inunctas sale modico asperso indunt.

Nonnulli loco glandium nodulis vtuntur; sumentes vitellum oui, salis communis ℈.j. miscentes, quæ linteo raro excipiunt, filum appendunt, quo retrahere possint, oleo inungunt, & in anum intrudunt.

Mediocres sunt, quæ parantur quidem ex melle, tanquam materia communi, sed adduntur etiam medicamenta, vt sunt species hieræ Galeni, agaricus, senna, nitrum, in quibus est dosis mellis ab ℥ j. ad ℥ ij. Specierum vero, quæ admiscentur, octaua vel decima pars, vt,

℞. *Mellis comm.* ℥ j.
specier. hieræ ℥ j.
vel agarici ℈ j.
salis comm. & nitri, an. ℈ ß. *misce.*

Sunt, qui stercus muris antiquum addunt ad ℈ ß. edocti à Dioscoride *m*, qui muscerdas subditas infantibus, alui deiectionem promouere scribit. Verum Galenus *n* irridet, & reuera pudendum esse inquit, alia experiri velle, cum tot sint, quæ apposita sedi excretionem excitent. Sic ad necandos Aecarides fiunt ex pulueribus amaris, vt ex aloe & melle, ex agarico, puluere hieræ simpl. Galeni, puluere absynthii, centaurii, addita farina lupini. Exemplum:

m *lib. 2. c. 98.*
n *10. simpl. circa finem.*

℞. *Absynthii, centaurii, vel abrotani, vel aloes tritæ* ℥ j.

mellis

mellis ℥ j. *ſimul coctis fiat ſuppoſitorium.*
Sic & ficus cum nitro atque cumino, vt Oribaſius o. Ex ſale toſto, melle & nitro, Aegineta. Sic ad reſolutionem ſphyncteris & recti inteſtini ex galbano & terebinthina glandes fiunt. Et ſane pulueres cum melle permiſcendi; ſic enim ſenſim, prout mel liquatur, vires ſuas exerunt. Si vero, vt aliqui faciunt, tantum aſpergantur, vt celerius podicem pungant, ſatis diu retineri non poſſunt. Parantur etiam ex pulueribus ſimplicium detergentium melle exceptis, vel loco mellis, cera, vel terebinthina, vt pul. cumini, rutæ, thymi, cyclaminis, mercurialis, centaur. parui, rad. ireos & conſimilium.

o 1. *Syn.* 20.

Vehementiores ſunt, quæ ex melle cõponuntur & medicamentis fortioribus, vt helleboro vtroque, euphorbio, coloquinthide, ſcammonio, caſtorio, nitro, ſale gemmæ, ſale ammoniaco, quibus in affectibus capitis veternoſis, apoplexia, doloribus aurium, & dentium vtimur; in quam claſſem referri poſſunt, quibus opium additur, quorum in maximis doloribus & vigiliis vſus eſt. In horum compoſitione mellis minor quantitas apponitur, quo facultas admixtorum magis vigeat: Exempli gratia in lethargo

℞. *Hellebori albi, ſcammon. an. gr.* iiij.
nitri vel ſalis gemmæ, vel ammoniaci, vel ſpecierum diacoloquinth. gr. vj.
mellis ℥ j. *miſce.*

In officinis habentur ſpecies ad ſuppoſitoria, quæ acuta vocantur, ex helleboro albo, granis coloquinth. eſula præparata, hermodactyl. & ſpeciebus hieræ. Quidam ſuppoſitoria acria hoc pacto con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

conficiunt. Suppositorio ex melle parato ipsius apici antimonii puluerem apponunt.

Ad somnum conciliandum sic parant:

℞. *Opii* gr. xj.
Castorii gr. iiij.
mellis ℥ j. *misce.*

His enim sal non additur, nec aliud, quod stimulet, cum diu in intestinis manere debeant. Vel sic parabis:

℞. *Opii* ℈ j.
croci, castorii. an. ℈ ß. *quæ tusa, cribrata cum melle cocto aut cera & oleo nymphea in vnum coeant, formentur glandes, quibus filum appensum sit.*

Notandum hoc loco, in suppositoriis purgantia in minore dosi sumi, quam si ore sumerentur: stupefacientia vero contra, quia purgantia solida ponuntur in suppositoriis, quæ cũ vim habeant acerrimã, & maxime stimulanté, intestinis adhęrentia facile vellicant, quæ vbi ore sumuntur, colliquata aut commixta assumuntur, à quib. acrimonia obtunditur. Stupefacientia vero cum frigida sint, & crassa, si operari debent, in actum deducantur, oportet, & facultas per totum corpus distribui debet. Quare si parua eorum esset quantitas, facultas ipsorum extingueretur. Glandium tamen creber vsus hæmorrhoidas irritat, quare in iis, qui ex hæmorrhoidibus per interualla cruciantur, non sunt vtiles. Sic etiam acriores glandes podicis vlcus excitare possunt. Vbi tamen morbus longior à succo melancholico vrget, cõmode his hæmorrhoides proliciuntur. Sic vbi in podice vl-

cera,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

cera, fiſſuræ, inflãmationes, dolores, condylomata, aliique tumores exiſtunt, glandibus non eſt vtendum. Dum enim podex adſtringitur & clauditur, durum ferre non poteſt. Quare à glandium duritie dilaniatur, vt autor eſt Aetius *p*. Idcirco fomentis ſiue floccis pro glandibus vti cogimur. Alii Turundas parant, præſertim vbi dolor internus vrget, ex linteis mollibus, quas vnguentis obducunt. Materia autem harum eadem eſt, quæ & glandium: Trita enim cum melle, & flocco excepta in anum induntur; vt ſi dolor cum inflammatione fuerit, ex vnguento roſaceo Meſuis, ex vnguento populeonis, ex cerato refrigerante, vel ex mucilagine ſeminis cydoniorum & pſyllii extracta, in aqua roſarum vel plantaginis cum aliquo dictorum vnguentorum & vitello oui excipiuntur: Vel e. g.

p tetr. 1. ſerm, 3. cap. 171.

℞. *Thuris, myrrhæ, croci, opii, an.* ℈ j.
ſubtiliſſime pulueriz. excipiantur mucilagine ſeminis pſyllii ℥ ß.
vitello oui j. *& pomada q. ſ. eſt.*

Si vero dolor ſiue ardor adfuerit, ex ſolis anodynis, vt mucilagine ſeminis lini, ſem. altheæ extract. in aqua chamomeli, addita parte vnguenti roſati.

Ad Rhagades ſeu fiſſuras ani fiunt ex emplaſtro de cerusſa, vel

℞. *Emplaſtri de ceruſſ.* ℥ ß.
camphor. gr. iiij.
fiat vnguentum cum pauco pomadæ, & oleo roſaceo, turunda oblinatur, & indatur in anum.

Ad detergendum parantur ex melle, ſyrupo de roſis

rosis siccis, syrup. de absynth. cum tantillo farinæ hordei aut lupinor. vel ex vnguentis detergentibus.

Ad hiantem & relaxatum podicem ex adstringentibus, vt puluere boli armeni, terræ sigillatæ, sanguinis draconis, baleustiis, gallis, nucibus cupressi, rosis rubris & similibus, cerato sandalino exceptis: vt,

℞. *Dictorum* ij. *aut* iij.
singulorum ʒ j. *& cerato excipe.*

Ad hæmorrhoidum tumentium dolorem sedandum ex pomade, vitello oui, succo amygdalarum dulcium, & si ardor adest, cum oleis refrigerantibus, vt nympheæ, papaueris, mandragoræ, hyoscyami & vnguento populeonis. Sed notandum, vt prius blando fotu aut insessione ex lacte vtaris, ne corpore adhuc pleno humorem melancholicum sursum repellas, sicque maius detrimẽtum ingeras. Vbi denique dolor superat aut excedit, opii ij. aut iij. grana admiscentur, vel ℈ i. theriacæ recen. Sedato autem dolore, huiusmodi glans cum opio statim tolli debet, & pars calido fomento ad eius calorem excitandum foueri.

Idoneum vtendi tempus glandibus, si euacuationis caussa indantur, erit horis aliquot à cibo sumpto.

De Clysteribus seu clysmatibus.

CAP. XIV.

CVm dictum fuerit de suppositoriis, quæ ano induntur, nunc de medicamento, quod in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

funditur, & clyſma nominatur, acturi ſumus.

Clyſter in genere medicamenti genus eſt, quod liquidum intra partem aliquã corporis iniicitur. Proprie vero medicamentum, quod liquidum intra inteſtina per anum clyſtere iniicitur. Nam & medicamentum & ipſum inſtrumentum, quo medicamentum iniicitur, clyſtere dicitur, Galen. *a*. & ex Iuriſconſulto Vlpiano *l. item ſi obſtetrix. D. ad l. Aqul. lib. 9. tit. 2. Si quis per vim aut ſuaſu medicamentum alicui infundit, vel ore vel clyſtere, vel ſi eum unxit malo veneno, de lege aquilia eum teneri, quemadmodũ obſtetrix ſupponens tenetur &c.* Gręcis κλυςὴρ καὶ κλυςήριον κλύσμα, κλυσμὸς, nomine ab effectu deducto, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, i. ab eluendo. Quare Latinis lotorium ſeu lauamen dicitur. Alii vt medicamentum ab inſtrumento diſtinguant, κλύσμα vocarunt, vt Dioſcorides, κλυσμάτιον Hippocrat. Quibusdam ἔγκλυσμα à modo etiam vtendi. Actuarius ſecutus Dioſcoridem & Galenum ἐνέματα, i.e. inſectiones vocauit, ἀπὸ τοῦ ἐνίημι, quod infundere ſignificat.

a 5. *meth.* 10.

Inſtrumentum vero fuit Galeno, vt *multis* apud ipſum *locis* videre eſt, veſica, cui cornea, vel alterius materiæ fiſtula (vt ex buxo) recta & perforata ad finem annexa erat. Nunc vero aliqui veſica, alii eius loco ſacculo coriaceo, alii ſyringa vtuntur.

Veſica tamen commodior eſt ſacculo coriaceo, quia non ita commode comprehendi poteſt, nec ita certi ſumus, vtrum totum medicamentum ſit iniectum, ſicut cum veſica vtimur, quæ egregie manu comprehendi poteſt; Et ſyringa commodiſſima, quia per hanc vno quaſi iniectu medicamen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

dicamentum in anum protruditur. Huiusmodi remedii vsurpandi occasio sumpta est ab aue quadam Aegypti, quæ Ibis vocatur, quæ si sponte non expurgetur, rostro hauriens aquam marinam, aut Nili per anum immittit, & intestina proluit, vt refert Plinius *b*, secutus Galenum contra Erasistratum *c*. Quare ab Aegyptiis ad alios vsus translatus, qui singulo mense clysteribus vtebantur, ob quam caussam eos maxime sanos fuisse, Herodotus *d* censet. Et sane omnis fere euacuationis initiũ apud Gallos & Italos à clystere sumitur, quoties aluus non sponte soluitur, & morbus inducias dat, siue medicamentum purgans exhibẽdum, siue vomitus promouendus, siue vena sit secanda, cum prohibeat, ne venæ sanguinis detractione inanitæ, tetris vaporibus ab intestinis inficiantur. Sic etiam viam præbent medicamento, cum vomitus impedimenta subtrahant. Pauci enim morbi sunt, quorum curatio clystere non iuuetur. Medentur tamen præcipue crassorum intestinorum vitiis: Superioribus enim vulneratis vtendum medicamentis per os assumptis, docente Galeno *e*, cum ea, quæ per sedem iniiciuntur, ad ea, quæ vicina sunt ventriculo, subire nequeant (propter valuulam intestini coli, quæ ilei foribus obiecta est, quemadmodum in nostris Anatomicis plenius demonstrauimus. & Oribasius *f*. *Scire debemus, clysterem non longius, quam ad colon adscendere, neque educere quicquam posse eorum, quæ superioribus intestinis continentur.*) Sic renum, vreterum, vesicæ, vteri, mesenterii & viscerum vicinitate. Aliis vero partibus ex consecutione vtiles sunt,

b *lib. 8. c. 27.*
c *lib. de ven. sect.*
d *lib. 9.*
e *5. meth. 11. 13. meth. 17.*
f *B. coll. 36.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Pro varia autem clysteris facultate, variæ etiam sunt clysmatũ differentiæ, cum iis vtamur ad aluũ emolliendam, fecesque educendas, siquidem magnopere intersit ad valetudinem conseruandam, vt qualibet die aluus euacuetur, ex sententia Hippocratis *g*. vim etiam excretoriam sopitam excitandam, flatus discutiendos, omnis generis humores in intestinis cõtentos euacuandos, dolores sedandos, vlcera intestinorum detergenda, siccanda, conglutinanda, aluum adstringendam, & denique ad alterandum pro varia medicamentorum, ex quibus constant, facultate.

g 4. de morb. & lib de aere, aquis, & locis.

Sic quidam purgant non tantum ab intestinis, sed etiam è partibus superioribus. Et qui purgant, horum alii vel euacuant simpliciter, alii reuellunt, alii deriuant: sunt denique & nutrientes. Quare clysteres duplices facimus, alios communes seu leniẽtes, alios acres, velut Rufus Ephesius: Alii molles sunt, alii acres, ex Oribasio *h*. Communes sunt, quibus ad emolliendam aluum, educendas feces, flatusque discutiendos, tormina sedanda, vlcera intestinorum abstergenda, & consolidanda, in vrinæ difficultatibus, vteri affectibus vtimur, & etiam ad abstergendum, post iniectum acre clysma.

h 8. coll. 24.

In componendo autẽ clysmate naturam imitamur, (siquidem Medicus debeat esse Naturæ minister) quæ ad faciliorem fecum excretionem, intestinorum superficiem internam muco, non autem, vt multi opinantur, adipe obduxit, ad eorum faciliorem descensum, & bilem partim ab epate, partim à vesica biliaria ad intestina per porum bilarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

larium ductum communem amandat, ad facultatem expultricem ſtimulandam, & pituitam detergendam. Sic clyſma conficientes paramus decoctum ad inteſtinorum ablutionem: addimus oleum vel butyrum, vel adipem, vel axungiam, ad eorundem lubrificationem: miſcemus mel vel ſaccharum rubrum', ad ea detergenda: & ſal, ad facultatem expultricem irritandam. Purgantia deniq; medicamenta etiam adduntur, vbi maiore euacuatione opus eſt.

Hæc vero ad duo referri poſſunt, ita vt alia loco materiæ, alia ſint loco conditurę, cum in confectione clyſmatum hæc duo requirantur.

In communibus loco materiæ eſt aqua communis, & Ruffus Epheſius ex ſola aqua cōficit: Vel decoctum herbarum emollientium ſeu communium quatuor, quæ ſunt, malua, althea, violaria, branca vrſina: ſeu ipſarum ſuccedanea, parietaria, mercurialis, beta ſeu ſicla & blitum: Vel decoctū hordei. Cum vero decoctum conficitur ex herbis, floribus, ſeminib. & radicibus, tum Herbarum doſis eſt à m. ij. ad iiij. Florum à p. ij. ad v. Seminum ab ℥ j. ß. ad ℥ ß Radicum ab ℥ ß ad ℥ ij. Loco conditurę mel, oleum, butyrum, pinguedo ſaccharum rubrum, ſal. Doſis ſeu quantitas materiæ & conditurę variat pro ratione ætatis, ſexus, magnitudinis corporum, ſenſus inteſtinorum, affectus, renum, veſicæ, vteri. Etenim decocti menſura puerulis infra medium annum, ſunt ℥ iij, vnius anni aut plurium à quartario j. ad ℥ vj. in adultis vero à ℔. ß. ad ℔. j. ß. nonnunquam in corporibus maioribus ad ℔. ij. aſcendimus. Sic in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

mulieribus maiorem, quam in viris requirit quãtitatem Rufus Epheſius apud Oribaſium, ita tamen, vt maxima quantitas non excedat heminas iij. i.e. ℥ xxx. Cauſa referri poteſt in facultatem expultricem, quæ in mulieribus magis imbecilla eſt: quare maiore irritatione indiget, & per conſequẽs maiore copia danda. Dein quia vterus & veſica inteſtina dum comprimunt, clyſterum tranſitum impediunt: quare neceſſum eſt copia clyſmatis inteſtina aperiri.

Notandum, quod ſi interdum clyſteres diutius retineri velimus, minorem decocti quantitatem ſumendam, vt in clyſmatibus, quæ dolores mitigant, quæ adſtringunt, imitati Galenum *i*, qui in colicis doloribus vltra heminam, i.e ℥ x. liquoris non ſumit. Hæc doſis eſt ipſius decocti.

i 12 meth. c. vlt.

Conditurae vero doſis ſuper dimidia parte minor eſſe debet. Quare ſumitur ſal à ʒ ß. ad ʒ j. olei vel butyri in puerulis ℥ j. in adultis ℥ iij. quidam etiã ad ℥ vj aſcendunt, ſi nimir. vnum tantum ſumatur, vt oleum; mellis, vel ſacchari rubri (eo quod maiore vi abſtergendi polleat) puerulis ab ℥ ß. ad ℥ j adultis ab ℥ j. ad ℥ iiij. Prout enim aluus magis vel minus eſt adſtricta, aut vis expultrix magis minusue ſopita, modo plus, modo minus conditurae additur. Solet etiam communiter vitellos ouor. duos addere. At male faciunt ii, qui in clyſteribus aluum lenientibus vitellos addunt, cum vitelli non emolliant, ſed potius ſuo lentore impediant. His quidem vti licet, quando poſt aſſumpta medicamenta timetur, tum enim inteſtina abluenda ſunt, ne ab humorum acrimonia lædantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

tur. His enim acrimonia mitigatur, at facultas humorum stimulans obtunditur.

Acres vero sunt, qui purgantia etiam recipiunt, quibus in variis affectibus vtimur, vt capitis etiã soporiferis, angina, morbis pulmonum, arthritide, & præsertim ischiade. In his materiæ mensura non facile ℔. i. excedere debet, cum materia decocti valde acris sit, & periculum sit exulcerationis. Sic si decocto indantur purgantia simplicia, vt agaricus, turpetum, dosis sit à ʒ ij. ad iij, si folia sennæ ab ℥ ß. ad ℥ j. Conditura vero vel medicamentorum purgantium, blandiorum quidem, vt cassiæ, catholici, hieræ picræ ab ℥ ß. ad ℥ ij. vehementiorum vero, vt diaphenici, confectionis hamech, hieræ logadii, benedictæ laxatiuæ, ab ℥ ß. ad ℥ i. ß. Verum hic notare conuenit, ne sine ratione commisceantur olea communia, & pinguedines: siquidem his hebetatur aliorum medicamentorum facultas irritatrix.

Exempla subiiciamus. Clysmatum emollientium materia veteribus vsitata fuit hydræleum, seu aqua calida cum oleo mixta, vt colligere est ex Oribasio. Aliquando mulsa. Sic ad irritandum, aliquid nitri aut salis adiiciebatur. Ita licet in omnium defectu solo oleo tepefacto vti ℔. i. iniiciendo, vel olei & butyri recentis an. ℔. ß. Paratur etiã decoctum ex quatuor emollientibus herbis, quibus addere oportet, semina anisi, fœniculi, ad flatuum correctionem: flores item chamomeli, meliloti, hoc pacto:

℞. *Quatuor herb. emollient. an. m. j.*
Radicas alth. vel lilior. albor. ℥ j.
sem. fœniculi, anisi, an. ℥ ß.
Flor. chamomel. meliloti, an. p. i. f. decoctio in s. q. aqua secundum artem.

℞. *Decocti colati* ℔. j. *in quo dissolue mellis communis, sacchari rubri, an.* ℥ j.
olei comm. ℥ iij. *vel tantundem butyri.*

Aliquando additur catholiconis vel electuarii de psyllio, vel cassiæ extractæ pro clysteribus ℥ j.

Aliquando in confectione clysmatum loco decocti sumitur iusculum caponis seu carnis vitulinæ, veruecinæ (in ægris emaciatis vel senibus) in ℔. j. iusculi dissolue sacchari rub. ℥ ij, aut iij. butyri recent. tantundem.

Quibus vero ab vsu medicamentorum purgantium aluus adstricta est, diebus aliquot, vel quibus intestina natura sicciora sunt, iis parantur clysteres ex olei communis ℔. j. vel ex olei & decocti carnium pinguium an. ℔. ß. cum sacchari albi ℥ ij.

Ast vbi aluus adstricta est in febribus, & lumborum æstus adest, ex emollientibus & refrigerantibus. exempl.

℞. *Herbar. quatuor emollient. lactucæ, endiu. an. m. j.*
semin. quatuor frigidor. maior. an. ℥ iij.
fœniculi ℥ ij. *fiat decoctio in sero lactis.*

℞. *Decocti* ℔. j.
cassiæ pro clysteribus ℥ j. *vel* ℥ j. ß.
sacchari rubri ℥ j. ß.

olei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

olei violac, vel nenupharini ℥ iij. *fiat clyster.*

℞. *Decocti communis clysmatis & seri lactis an.* ℔. ß.

Vel vbi maior intentio est refrigerandi:

℞. *Seri lactis* ℔. j. *dissolue*
caßiæ ℥ j.
diapruni simpl. ℥ j. ß.
sacchari rub. ʒ. x.
olei violati. ℥ iij.

Nam in febribus mel misceri non debet.

In delicatioribus ex iusculo hordeaceo parari poterit; his aluus emolliri, humores in intestinis vel locis vicinis expurgari possunt.

Acres Clysteres.

NVnc ad acres, quorum materia est muria, aqua marina, decoctum sennæ, colocynth. in petia ligatæ: alias intestina acrimonia vellicarentur, & non tantum dolor colicus, sed etiam conuulsio sequeretur, imo etiam epilepsia: cnici, polypodii succus, betæ, brassicæ. His enim à longinquo humores attrahimus.

Conficiuntur autem clysteres acres ex emollientibus, additis calefacientibus, incidentibus, attenuantibus, detergentibus, & iis, quæ partem affectam & ipsum affectum respiciunt, vt ad apoplexiam

℞. *Rad. lilior. albor. enulæ, ireos an.* ʒ vj.
fol. betonicæ, origani, calamenthi, mercurial. an. m. j.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

sem. alth. fœniculi, anisi, carthami (ad emolliendum) *an.* ℥ iij.
summitatum anethi, rutæ. flor. chamomeli, melioti an. p. i.
fiat decocti ad ℔. i.
In colatura dissolue, catholici & diaphenici vel benedict. laxat. vel hieræ diacoloquinth. an. ℥ vi.
mellis mercurial. sacchar. rub. an. ℥ i. ß.
f. clyster sine oleo.

Nam cum sensus sopitus sit, maiori purgantium dosi opus est ad facultatem expultricem intestinorum irritandam, cuius irritationem oleum prohibet: quod si oleo opus sit, oleum chamomelin. anethinum, rutac. sed antiquum eligendum, & ℥ j. addi possunt. Sæpe eidem decocto hellebori nigri ℥. ß. vel ℥ i. additur, si succus melancholicus abundet: si vero pituita, ℥ ß. agarici in nodulo ligati & parum in decocto cocti vel putocoloquin. ℥ ii. aut iij. salis aliquando ℥ ii. aut iii. ad maiorem irritationem etiam adduntur.

Ad affectus oculorum & aurium conditurę loco erit catholicum, diaprunum solutiuum, diaphenicum, confectio hamech, mel mercuriale. Acrioribus vtendum non est, cum sensus sopiti non sint, quemadmodum neq; in orthopnoea.

Ad ischiadem idem clysma, quod ad affectus soporosos vtile, additis neruos roborantib. Vbi vero humor morbum caussans coquendus, dolorq; mitigandus, vel si feces induratæ sint, tum ab emollientibus, concoquentibus & anodynis incipiendum, hoc modo:

℞. Ra-

℞. *Radic. lilior. althææ, an. ℥ i.*
herb. parietariæ. flor. chamomel. meliloti, anethi, an. man. i,
semin. lini, fœnugr. fœniculi an ℥ iii.
f. decoctio in aqua communi ad ℔. i.
In colatura dissolue, olei chamom. ℥ iii.
Cathol, caß. extractæ, an. ℥ vi.
saccbari rubri, mellis communis, an. ℥ i.
f. clyster.

Vbi vero humor præpatatus, & ob metum defluxionis in partem affectam, per os tuto expurgari non poteſt, clyſter acrior ſic conficitur:

℞. *Rad. lilior. enulæ, galangæ, an. ℥ vi. vel ℥ i.*
fol. saluiæ. centaur. minor. hyperici, chamedreos, chamæpyt. absynth. an. m. i.
pulpæ coloquint. in nodulo ligatæ ℥ ii. vel iii,
agarici. ℥ ß.
sem. fœnicul. cumini an. ℥ ß.
summitatum chamom. meliloti. rosar. an. p. i. f. decoctio ad ℔. i.
In huiusmodi colatnra dissolue, Benedict. laxat. mellis mercurialis, sacchar. rubri an ℥ x.
fiat clyster sine oleo:

Quod ſi æger non ſatis diu contineat, addes olea, quæ neruos & articulos reſpiciunt, vt ſunt vulpini vel irini ℥ ii. Sic etiam loco coloquinth. addi poteſt hiera, diacoloquinth. ad ℥ iii. vel mel anacardinum, ſed minori doſi, quam mellis merçurialis. In defectu mellis mercurialis, ſuccus merçurialis ad ℥ ii. vel iii. miſceri poteſt.

Anody-

Anodynorum clysmatum varia sunt genera, quæ si acrimonia humoris biliosi sponte moti, vel à medicaméto purgante intestina vellicante ad acrimoniam leniendam parentur, delicatioribus quidem ex ℔. j. lactis vaccini ℥ ij. vel iij. sacchari albi, vitello oui j. olei rosati ℥ ij. Aliquando in lacte radices altheæ decoquuntur, idque vbi motus est dysenteriæ: suo enim lentore intestina oblinunt. Interdum vbi detersione opus est, hordei integri m. j. additur, & si ardor intestinis sit, semen cydoniorum (propter suam mucilaginem) & papaueris (propter frigiditatem) hoc modo:

℞. *Rad. alth.* ℥ ß.
hordei intergri. m. j.
semin. cydon. papau. albi. an. ℥ iij.
sem. fœnicul. ℥ ij.
f. decoctio in lacte ad quartana iij.
in colatura dissolue, sacchari albi ℥ ij.
vel si maiore detersione opus est, & sensus intestinorum sit hebetior, mellis rosat. ℥ j. ß.
vitella onorum numero ij. *addantur.*

Vbi dolores intestinorum circa vmbilicum molestant, & prædictum vel simile clysma non proficiat, paretur ex decocto intestinorum, incoctis simplicibus caussæ doloris contrariis, vt si fiant ab intemperie sicca, incoquantur althea tota, radix liliorum, flores chamom. meliloti, anethi, additis emollientibus cassia, catholic. item adipe gallinæ, anseris, butyro & similibus.

Vbi vero dolor à flatu & pituita intestina molestat, primum quidem feces euacuare oportet, addi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

additis tamen flatus diſcutientibus, vt:

℞. *Decocti communis clyſteris q. ſ. in quo decoque ſem. aniſi, fœniculi, cumini an.* ℥ iij.

℞. *Colaturæ circiter* ℔. i. *diſſolue.*
catholic. & benedict. laxatiu. vel hieræ ſimpl. vel diaphenici an. ℥ ß.
mellis anthoſati, ſacchari rubri an. ℥ x.
olei anethini, & amygdal. amarar. an. ℥ i. ß. *fiat clyſter.*

Hoc reiecto & dolore adhuc vrgente, alius iniiciendus ex carminatiuis (id eſt, flatus diſcutientibus) Exemplum:

℞. *Rad. lilior. enulæ, vel gentianæ vel Zedoariæ, angelicæ vel ireos an.* ℥ ß.
origani, hyſopi, maioran. mercurialis. an. m. i.
ſem. lini, fœnugr. cumini, dauci, an. ℥. ii.
flor. chamomel. meliloti. folior. rutæ an. p. i.
f. deoctio, in colatura diſſolue,
vini generoſi ℥ iiii.
olei aneth. rutæ, an. ℥ i. ß. *fiat clyſter.*

Nonnunquam ex ſolo vino maluatico, vel vino aromatico, vel alio generoſo, addito oleo nucum, vel laurino, & anethino, vt:

℞. *Vini aromatici, & olei nucum an.* ℔, ß.
confectionis de baccis lauri ℥ ß. *f. clyſter.*

Aduertendum tamen, vbi inteſtina à flatibus diſtenduntur, non requirit tantam decocti quantitatem, quanta in emollientibus, ne inteſtina magis diſtendantur. Quare decocti doſis erit à quartariis tribus ad ℔. i. Nonnunquam propter nimiam inteſtinorum à flatibus diſtenſionem & muſculorum

sculorum abdominis constrictionem clysteres iniecti retinentur, & tum dolores augentur. Quare in tali casu, aluus suppositorio sollicitanda, aut clystere acriore, qui duplam purgantium quantitatem recipiat, quale pro apoplexia propositum fuit, addito tamen etiã vino. Si his dolor non cedit, philonii Romani exacte dissoluti ℥ ij. & ℥ i. vel ℥ i. ß. castorii additur.

Quod si à pituita vitrea dolor intestinorum caussetur, nephriticum dolorem mentietur, tum parabuntur ex prædictis radicib. & seminib. additis radicib. turpeti ℥ ij. Zz ℈ i. dissoluetur hiera picra, confectio de baccis lauri, mel mercuriale, aut anacardinũ, non omisso vino & oleo de casterio.

Si vero à bile caussatus sit dolor, vtilis hic erit:

℞ *Rad. & folior. altheæ.* ℥ i.
maluæ, violar. lactuc. endiu. portulac. an. m. i.
quatuor. sem. frigidor. maior. papau. albi, anisi, an. ℥ ii.
florum chamom. meliloti, an. p. i.
f. decoctio in aqua aut lacte, vel sero lactis In colatura dissolue, caßiæ ℥ i
mellis violac. aut rosac. an. ℥ i. ß.
mucilag. sem. psyllii, cydon. extract. in aqua chamomel. an. ℥ vi.
olei violacei ℥ ii. *fiat clyster.*

Ad voluulum clysteres primo emollientes & leuiter detergentes iniiciendi sunt: Deinde vero euacuatis intestinis ad sedandum dolorem & inflammationem mitigandam ex lacte recẽs mulso cum saccharo, melle, oleo violac. conficitur. exempli gratia. ℞ *her-*

℞. *Herbar. emollientium an. m. i.*
parietariæ, portulac. an. m. ß.
prunor. damascen. paussular. mundatar. an. nr. xii.
ficus pingues concis. nr. ij.
hordei mundat. m. ß.
semin. altheæ, fœniculi, an. ℥ iii. *in* ℔. i.
colaturæ dissolue, caßiæ. ℥ x.
olei violar. & amygdal. dulcium an. ℥ i. ß.
f. clyster.

Si vero ardor intestina molestet, parabitur ex hordeato confecto cum seminibus frigidis, additis oleis refrigerantibus. At si humor sit præter naturam, exacto principio & incremento leuiter digerentibus & detergentibus opus est, vt est decoctum radic. altheæ, fol. thapsi barbati, hordei integri, furfuris, sem. lini, fœnugr. butyro, oleo, chamom. amygdal. dulc. anethino & similibus.

Ad dysenteriam parantur alii quidem anodyni & detergentes, si dolor nimium non vrgeat, à detergentibus incipiendum, dein anodyni iniiciendi, tum adstringentes, qui vel sanguinem sistant, vel qui conglutinent, vel qui dolorem simul leniant, detergant & adstringant.

Anodyni fiunt ex lactis quartar. iij. oui vitellis ij. sacchari rosati ℥ ij. plerumque lacti incoquuntur rad. & folia altheæ, & semin. papau. albi. Plerumque fiunt ex hordeato diluto, addito oui vitello vel ex solo lacte recens mulso cum vitello oui. Detergentis exemplum.

℞. *Hordei integri, furfuris, an. m. i.*
rad. altheæ. ℥ j.

flor.

flor. meliloti, roſar. rubrar. an. p. i.
ſem. aniſi. ℥ ij.
f. decoctio in lacte chalybeato ad quart. iij.
vel ℔. j. *diſſolue.*
mellis roſati ℥ i. ß.
(blande enim abſtergit & detergit.)
vel ſacchari roſati tantundem, vitellos ouor. ij. *f. clyſter.*

Hoc loco notandum, oleum non eſſe addendum; Vbi enim vlcus eſt, ab oleo abſtinendum: ſiquidem oleum, Galeno docente, vlceribus ſit inimicum, cum olea ipſa vlcera ſordida reddant. Intentio autem in curatione vlcerum eſt abſtergere & poſt abſterſionem conſolidare. Verum cum in dyſenteria clyſteres citiſſime reiiciantur, ideo Medicus aliud clyſma ad manus habeat, quod iniiciatur.

Quod ſi dyſenteria à pituita cauſſetur, validioribus detergentibus opus eſt. Quare ad prædicta addi poſſunt *ciceres, lupini, lentes an. m.* i. Poſt deterſionem & doloris mitigationem adſtringentibus vtendum, vt ſunt conſolida maior, biſtorta, folia plantaginis, burſæ paſtoris, polygoni, equiſeti, vrticę mortuę, cupreſſi. flor. roſar. fructus pyror. meſpilor. cydonior. mala ſylueſtria, meſpila ſorba, corna, oxyacantha, ſemin. pſyllii, plantagin. portulac. cydon. cortex quern. granator. ſumach, oryza, amylum. Horum aliqua incoquuntur lacti chalybeato, ad ℔. j. diſſoluitur adeps hircinus, caprinus, axung. ſuilla, & harum doſis eſt ab ℥ ß. ad ℥ ii. vel iii. tantundem ſucci plantag. burſæ paſtor. mucilag. ſem. pſyllii, cydonior. tragacanth. extract.

tract. in aqua rosarum, plantag. solani cydonior, eadem quantitate, syrup. myrtillor. granator. portulacę eadem dosi, boli armen. terræ sigillatæ, sanguinis draconis à ℥ i. ad ℥ iii. Ita tamen, vt pulueres hi supra marmor diligenter læuigentur, ne asperitate sua intestinis molesti sint, albumina ouorum exacte conquassata, vt liquescant. Exemplo rem demonstremus.

℞. *Rad. consolid. maior.* ℥ j.
rad. alth. ℥ ß.
thapsi barbati, plantag. vtriusque, polygoni, equiseti, an. m. j.
sem. cydonior ℥ ß.
flor. meliloti, rosar. rub. an. m. ß.
decoq. in lacte chalybeato: In colatura quartariis iij.
dissolue, adipis hircini ℥ i. ß.
succi plantagin. ℥ ii.
vitellos ouor. nr. ii. *f. clyster.*

Efficacioris exemplum.

℞. *Rad consol. mai. bistort. an.* ℥ i.
rad. altheæ ℥ ß.
gallar. quercinar. vel nucis cupreßi vel balaustiarum ℥ ij.
folior. plantag, verbasci an. m. i.
oryzæ ℥ ß.
sem. psyllii, cydonior. portulacæ an. ℥ ii.
flor. meliloti, rosar. rubr. an. m. i.
fiat decoctio in lacte. in colatur. ℔ .i.
dissolue, adipis hircini ℥ ii.
mucilag. sem. cydon. in aq. rosar extract. ℥ i.
oua integra ii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ita tamen, vt exacte conquassentur, vt in aquam resoluantur. f. clyster.

Aliquando simul lenire & adstringere opus est, tum tale clysma conuenit:

℞. *Lactis chalybeati vel decocti capitis veruecini in aq. plantag. loti* ℔ .i, *dissolue*
vitell. ouor. iij.
succi plantag. & polygoni an. ℥ j. ß.
adipis hircini ℥ ij. *f. clyster.*

Vbi vero sanguis purus excernitur:

℞. *Lactis chalybeati q. s. in quo bulliant thapsi barbati plantag. vtriusque, polygoni, caudæ equinæ, bursæ pastoris, vrticæ mortuæ an. m.* j.
sem. cydonior. plantag. an. ℥ ij.
rosar. rub. p. i.
in colaturæ ℔ j. *dissolue,*
adipis hircini, succi plantaginis an. ℥ j. ß.
boli arm. loti in aq. rosar. ℥ ij.
trochiscor. de carabe ℥ j.
amyli ℥ ß. *f. clyster.*

Eodem vti possumus ad vlceris agglutinationem, sed tum temporis non tam crebro iniiciendi, ne natura, quæ carnis regenerationi incumbit, impediatur. Si ab humorum prauitate maligna vlcera & depascentia intestina exedunt, ad efficaciora detergentia & exsiccantia accedendum, proinde decoctum ex lupinis, lentibus, ciccrib. rubris, ros. rubris, absynthio cũ oxymelite diluto parabitur. Vel si dolor grauis est, ex aqua chalybeata & tantillo vini; atq; in decocto Ægyptiacum dissoluendum: opii gr. j. vel ij. additis. Laudatur quinetiam, si lac recens mulsum iniiciatur. Fiunt etiã clysteres

ex mu-

ex muria & vino vel vrina pueri, quæ potenter detergit, ſed cum propter acrimoniam dolor maior excitari poſſit, potius ea, quæ leniunt, adhibenda, vt lac recens mulſum.

Ad lumbricos; ſunt, qui conficiunt ex lupinis, abrotano, centaurio paruo, abſynthio, ariſtolochia, cichorio & ſimilibus amaris in vino generoſo, ſi febris abſit, decoctis: Vel decoquunt in lacte admiſcentes portionem vini, addentes oleum amygdal. amar. Exiſtimãt enim amaritudine lumbricos necari, enecatos vna cũ clyſtere reiici, & q̃a inquiunt, dulcib. delectantur, fieri debẽt clyſteres ex lacte & ſaccharo, quo dulcedine allecti ſimul excernantur: iubent aũt tum tẽporis per os aliquid amari exhibere, vt puluerẽ vulgarẽ cõtra vermes, qui ex ſemine ſantonici componitur. Exemplum: Clyſma puerulis lumbricis laborantibus tale eſto:

℞. *Hordei mund. p. j.* *ficuum par* x.
ſem. aniſi ℥ j. *decoctis in aqua ſecundum artem, in colaturæ quartarii* j.
mellis vel ſacchari ℥ iij. *diſſoluantur abſque oleo vel ſale, vel amaris, cum vermes hæc fugiant.*

Quo tempore etiã per os licebit aliquid exhibere.

In hydrope etiam clyſteribus vtimur, maxime vbi feces induratæ ſunt. Quare in aſcite ex exiccãtib. & aquam ducẽtibus, non autẽ laxantibus, niſi parua quantitate admixtis, ad feces emolliendas, decoctum paratur ex radicibus ireos, enulæ, aſari; herbis centaurii parui, hyſſop. calamenth. ſeminibus calidis, granis ebuli, ſambuci, cataputiæ. In decocto diſſoluendum diaphenicum, benedicta laxatiua, mel mercuriale.

Ad tympanitidem vero vtilia erunt ea, quæ in flatulenta colica proposuimus, addito tamen vino generoso, Cum vero hæ duæ hydropis species sæpius complicatæ sint, ex flatus discutientibus, & hydragogis conficiendi. Sic in tertia hydropis specie proderunt clysteres in soporosis capitis affectibus vtiles.

Ad vesicæ affectus: Cum vesica intestino & vicina & connata sit, vbi inflammatio vesicam vexabit, vtiles erunt ii, de quibus in Iliaca passione. Si vero flatibus distenta vrinæ excretionem impediat, proderit clysma ex oleo cum seminib. cumini, fœniculi, rutæ. Si propter vrinæ copiam suppressa sit vrina, clyster expultricem facultatem excitans iniiciatur, vt ex aloe pura, cyclaminis succo, sed pauca quantitate & clysteris cornu breuiore.

Ad nephriticum dolorem à calculo caussatum in ductu vreteris hærente, tum clyster emolliens & anodynus iniiciendus est ex decoct. rad. lilior. altheæ, herbarum emollientium cum ℥ i. cassiæ, electuarii de psyllio, saccharo rubro, oleo violato, & amygdal. dulcium. Quo reiecto, dolor si perseueret, alter iniiciendus ex olei sem. lini & olei comm. an. ℔. ß. terebinth. Venetæ. sacchari rubri an. ℥ i. hic enim emollit, dilatat, dolorem lenit. Sed & hîc parua quantitas requiritur, ne intestinum distentum, renem grauius premendo dolorem augeat. Si vero cum vrinæ suppressione à pituita crassa & viscida dolor caussatus sit, parabitur ex emollientibus, calefacientibus, incidentibus, vt,

℞. Rad.

℞. *Rad. lilior. altheæ, ireos an ℥ vi.*
petroselini, fœniculi, opii, an. ℥ ß.
origani, calamenth. pulegii, rutæ, an. m. i.
Baccar. lauri, iunipi an. ℥ ii.
sem. cumini, dauci an. ℥ iii.
flor. chamomel. meliloti, an p. i.
in decocti quartariis iii. dissolue,
benedictæ laxat. mellis anthosati an. ℥ i.
olei lilior. anethi, an. ℥ i.
terebinthin. ℥ i. f. clyster.

Quod si renum dolor ab inflammatione caussatur, refrigerante & leuiter molliente vtemur, quale est, quod conficitur ex malua, violaria, lactuca, endiu. portulac. seminibus frigidis maioribus. semin. papau. addita cassia, saccharo rubro, oleo nenupharino & violarum. Facillimum erit ex olei violac. nenuphar. amygdal. dulc. an. quartario i, at sacchari rosati ℥ i.

Ad vterum flatu distentum dolentemque, cum consensus sit coli cum vtero, valebit clyster in colica flatulenta præscriptus, ita tamen, vt hysterica addantur, qualia sunt; matricaria, artemisia, nepeta, hyssopus, aristolochia, & in eo decocto dissoluenda hiera, benedicta laxatiua, olea calida antiqua, mithridatii etiam aliquid.

Ad eiusdem vero inflammationem parabitur ex decocto refrigerante, in quo dissoluta sint mucilago semin. cydonior. psyllii extract. in aqua nymphheæ vel solani, vel plantaginis, additis oleo rosar. violac. papauerino, nenupharino, cuiusmodi in dolore intestinor. à bile proposuimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Si tumor durus vterum molestet, parabitur ex decocto emolliente, ex aqua vel iusculo pingui, vel oleo, dissoluantur in decocto butyrum, adeps, axungula, medulla vituli, gummata, vt styrax, opopanax, ammoniacum in vino dulci aut oleo conuenienti, lilior. irino, dissoluta.

a 8. coll. 38.

Clysteres etiã nutrientes in vsum veniunt. Eos namque nutrire Græci, inter quos Oribasius *a*, Arabes, Celsus, Aurelianus, statuunt. Quorum vsus in passione cardiaca, cardiogmo, vomitione assidua, virium imbecillitate, & vbi æger ab omni alimento abhorret: siquidem intestinis vim aliquam concoqnendi Galenus *b* tribuerit, & etiam ad intestinum colon venæ mesaraicæ ferãtur, quæ alimentum rapere possunt. Quare si febris absit, parabuntur ex decocto caponis, carnibus veruecinis, vitulinis præparatis vel coctis cũ herbis cõuenientibus, addito vino & saccharo, exempli gratia:

b de vsu partium.

℞. *Decocti vel iusculi carnium quartaria* iij. *seu* ℔. i.
vini ℥ iij.
sacchari albi. ℥ß.

Aduertendum, ne nimia sacchari quantitate pecces, siquidem ad excretionem irritet. Hos vero clysteres retineri oporteat; Potest addi vitell. oui; vel ex hordeato deluto parabuntur, addita parte vini, vel gelatina liquefacta ex vino. Si vero febris adsit, cum capone coquendum hordeum mundatum, lactuca, portulaca, endiuia, acetosa, quatuor semina frigida maiora, additis etiam florib. borrag. buglossi, violar. Decocto addemus cantillam sacchari & oui vitellum.

Quod

Quod si febris magna non sit, nec capitis dolor vrgeat, solum lac vaccinum recens mulsum cum pauco saccharo iniicitur. Hi vero clysteres non iniiciendi, nisi præmisso alio clystere, qui aluum repurgarit: & quidem ex iusculo pingui cum saccharo vel melle, vel butyro.

Verum in iniectione clysmatū nutrientium, vt recte Oribasius *c* monet, debet fistula clysteris (ipse appellat coruu) quam longissima esse, & clyster vi maxima iniici, quo ad partes superiores quam maxime ascendat. c 8.coll. 25.

Ceterum quod clysteres in vniuersum attinet, iniectionisq; tempus non nisi tribus vel quatuor horis à cibo iniici debent, ne ab iis chylus crudus rapiatur, coctio & distribuito labefactetur; deinde clysteres non nimium calidi iniiciendi, siquidem clysterum operatio frustretur tribus modis, vt recte Oribasius *d*: Vel quia non reiiciuntur, vel quia non retinentur; vel quia reddi non possunt. d 8.coll. 32. Quæ contingunt modo propter malam administrationem, modo propter morbū aliquē. Si propter malā administrationē id fit, vel quia nimis est calidus actu, vel quia nimium salis habet, aut quia nihil, aut quia nō est ea quantitas, quæ necessaria est. Sic si fistula in stercus coniiciatur, tū foramen obstruitur, vel si in aliquod latus inclinauerit, & non recta iniiciatur: vel cū vesica plena est lotio. Si propter morbum, vti cum inflammatio aut tumor in ano est. Quare vt recte iniiciantur, nimium calidi esse non debent, sed modo frigoris sensum non inuehant, commodi erunt. Sed vera proba, si is, qui iniecturus est, digito clysmati

indito vel digitis affuſo clyſmatis materiam recte ferre poteſt. Tertio paulatim iniici debet, ne æger moleſtia afficiatur. Et hac ratione ea pars clyſteris, quę primo iniecta fuerit, paulatim feces humectabit, ſed & is, qui clyſterē iniicit, ſemper inanem clyſteris partem vel veſicam conuoluere, i.e. inuertere & circūuertere debet, ne clyſter ex ipſo ventre in clyſteris vas recurrat. Notandum inſuper, nonnunquam ob copioſiores flatus inteſtino incluſos clyſmatis materiam repelli, & non intromitti. Quare ſi veſica vtaris, acicula eam perforare poteris. Sic enim abſque difficultate clyſma infundes. Quin etiam ſitus obſeruandus eſt & quidem ex Mundini & Fernelii ſententia, æger in dextrum latus decumbere debet: ſecundum Auicennam decubitus ſupinus ſit, ita tamē, monente Aegineta, vt crura ſurſum eleuet: deinde in latus, quod dolet, ſe conuertat.

Secundum vero Rhaſin in ſiniſtrum latus, aut ſupinus decumbere debet. Sed cum tales decubitus non ſint vtiles, cenſemus parum referre, quocunque decubitu immittas, dummodo decumbenti ſit optabilior, ſiquidem inteſtina à meſenterio ſuspenſa detineantur, vt quocunque decubitu clyſter indi poſſit nullo incommodo ob decubitum orto. Deinde fugiendus nimis frequens clyſterum vſus, purgantiū præſertim, quia facultatem inteſtinorum expultricem ſegnem reddunt, dein diſtributionem chyli impediunt.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

De iniectionibus in aures.

Cap. XV.

Dictum fuit de iniectionibus, quæ in anum fiunt, quæ communiter clysmata & enemata dicuntur. Nunc de iniectionibus, quæ in aures, penem, vesicam & vterum fiunt. Quibus communiter iniectionis nomen tribuitur, rarissime clysmatis, vel clysteris, etsi cum prædictis & nomine & materiæ consistentia, & vsu aliquo modo conueniant.

Iniectiones autem, quæ in aures fiunt, & nonnunquam clysmata auricularia dicuntur, fiunt ad sedandum dolorem, quæ pro varietate caussæ dolorum variant. Si enim ab inflammatione caussetur, fiunt ex succis herbarum refrigerantium depuratis (Succus is dicitur, qui exprimitur, & post aliquam consistentiam eius residentia abiicitur) vt lactucæ, violar. portulacæ; Vel ex aquis stillatitiis rosar. violar. nympheæ, hyoscyami, papau; aliqui tamen & olea addunt, rosac. violac. nenuphar. Vel aqua & oleum simul miscentur, vt:

℞. *Succor. defecator. lactucæ, portulacæ, violar. an.* ℥ ß.
aq. rosar. nenuphar. an. ℥ iii. *misceantur & in aurem infundantur.* Vel

℞. *olei violacei, rosac. nymphea an.* ℥ ß. *misce, iniiciantur in aurem.*

Verum iniectione facta auris obturetur bombace, & post horæ quadrantem, vel semihoram purgetur; noua quinetiam iniectio fiat. Aduertendum

tendum tamen in incremento non tantum refrigerandum ac repercutiendum, sed etiam simul digerendum esse. Quare in augmento solum oleum rosac. vsurpandum, & in statu. In declinatione vero in oleo prædicto quædam resoluentia incoquenda, hoc modo:

℞. *Flor. chamomel. meliloti, an. p. i.*
sem. fœniculi ℥ i.
decoque in oleo rosaceo vel violaceo.
Expreßioni adde croci momentum & vini tantillum.

Quod si dolor sæuissimus à caussa calida ortus vrgeat, parabitur ex lacte vaccino recens mulso, vel lacte muliebri è mamma iniecto, vel ex decocto refrigerante, addito croci gr. i. aut. ii. Et si intensissimus sit dolor, licet opii gr. i. addere. Verum stupefacto partis sensu & dolore sublato, ne noxa ex opii vsu contingat, oportet infundere parum olei de castorio cum vino.

Si vero à caussa frigida dolor oritur, siue cum tinnitu, siue citra sonum, iniectiones fiunt ex oleis calidis, chamomelino, anethino, amygdal. amararum, de castorio, vt si duorum aut trium ex his misceas ℥ ß, aut ℥ i. addendo aquæ vitæ ℥ ii. Ex his guttæ aliquot calidæ iniiciuntur in aurem quater aut quinquies in die, & auris bombace obturatur. Vel si prædicta olea desint:

℞. *oleor. rutac. amygdal. amarar. an.* ℥. i.
garyoph. nucis mosch. an ℥ i.
sem. anisi, dauci, an. ℈ ii.
bulliant simul ad mediæ partis absumptionem.

f. ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

f. expreßio, cui adde tantillum aq. vitæ, vel vini generosi.

Vel,

℞. *Oleor. amygd. amarar. rutæ, de castorio an. ℥ ij. aq. vitæ, ℥ j. ß.*
bulliant ad consumptionem aquæ.

Vel,

℞. *Rad. cyclam. tenuißime tritæ, ℔. ß.*
bulliat in ℥ iij.
olei anethini, rutac. & irini ad consumptionẽ mediæ partis. f. expreßio pro iniectione.

Post vsum iniectionum auris etiam purganda & exiccanda admoto pane calido. Fiunt etiam aures plerumque purulentæ & saniosæ: proinde detergendæ & exiccandæ erunt: quod præstabitur iniectione hydromelitis calentis, vel succo herbarum detergentium, vt agrimon. absynth. centatur. minor. porri & similium. Sed post illotum vsum auris exiccanda vapore ex vino, in quo decocta sint calefacientia & exiccantia prædicta. Detergentes etiam iniectiones fiunt ex oxymelite, syrupo de absynth. de ros. siccis.

Quod si vero vermes aures infestent, parabitur iniectio ex simplicibus amaris supra contra lumbricos propositis.

De iniectionibus in vrethram siue penem.

Cap. XVI.

MEmbri virilis canalis seu vretra, quemadmodum etiam collũ vesicæ nõ raro ab vrinę ardore ob humorũ acriũ permixtionem vexatur, nonnunquã etiã ob seminis fluxum exulceratur.

Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Sic etiam à calculo aſpero læditur. Quare ex anodynis doloremve mitigantibus iniectiones fiunt, vt ex lacte vaccino vel per ſe recens mulſo, vel calente: Vel etiam in lacte decoquuntur rad. altheæ, ſemen lini; & ſi calor vrgeat, ſemina papau. albi & quatuor frigida maiora, hordeum mundatum, incoquuntur. Quod ſi intenſiſſimus ſit dolor, ad partis ſenſum ſtupefaciendum radix mandragoræ additur. Sic etiam cum hordeo mundato, & ſem. papau. albi, iuiubæ & ſebeſten aquæ, ſed rectius lacti (ob ſuum lentorem, quo illinire poteſt) incoquuntur. Decoctum etiam altheæ, maluæ, violariæ, lactucæ, portulacæ, prodeſt. Vbi vero & dolorem lenire & ſimul detergere volumus, ad ℔. ß. lactis, ſacchari roſ. ℥ i. addimus; vel ex decocto rad. altheæ, verbaſco, hord. integr. in lacte decoctis & in colatura trochiſ. alborum Rhaſis, ſine opio, ſuper marmor læuigatorum ℥ ij. aut iij. diſſolutis iniectiones fiunt. Aliquando eadem incoquuntur aquæ, in qua plumbum calens extinctum fuerit. Et ſi dolor intenſior vrgeat, iidem trochiſci cum opio parati diſſoluuntur, aut radix mandragoræ incoquitur. Cauendum tamen ſtudioſe, ne quando purulenta materia (vel ſordes ſimiles puri) effluunt, narcoticis vtamur, ſiquidem hæc retenta acriora reddantur. Vbi vero exiccatione & conſolidatione opus eſt, radix biſtortæ, folia plantag. burſæ paſtoris, polygoni in aqua, in qua vel plumbum, vel ferrum extinctum ſit, docoquenda ſunt. Hyemali tempore deficientibus plantis, ex earũdem aquis ſtillatitiis iniectiones fiunt. Quod ſi maiore opus ſit exiccatione, pulue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

pulueres aliqui cum decocto vel aquis ſtillatitiis miſcentur, per incerniculum colantur, ne ſi forte aliquid aſperiuſculi remaneat, id parti adhærendo dolorem cauſſet. Exemplum:

℞. *Tutiæ præparatæ ℥ ß.*
ſarcocollæ lotæ in aq. roſar. vel ſolani, aloes hepat. ſacchar. candid. an. ʒ iij. miſce.
fiat puluis tenuiſſimus, cuius ʒ i. cum lacte muliebri vel caprino infundatur.

Fieri autem poſſunt iniectiones quotidie ter aut quater. Vrgente autem ſæuiſſimo dolore, æger perpetuo penem in lacte tepido contineat.

De iniectionibus in vterum.

CAP. XVII.

VTeri collum, quemadmodum & ipſius fundus ab acribus humoribus exulcerari poteſt; Sæpe etiam à difficili partua liisve cauſſis dolor cauſſatur, quare etiam iniectiones ad doloris mitigationem, fiunt.

Fiunt autem per inſtrumentum ſyringæ ſimile, quod Galeno μητρεγχύτης, a μήτρα & ἐγχέω, id eſt, in vterum effundo, dicitur. Fiunt autem ſimiles prædictis iniectiones. Quod ſi acrimonia & etiam exulceratio maior ſit, iniectio ex albuminibus ouorum, tamdiu conquaſſatorum, quoad in aquam ſoluantur, cum aq. roſarum efficaciſſima erit. Quod ſi dolores ab humore aquoſo & frigido cauſſentur, iniectio ex vino & calidis oleis, vt oleo nardino, irino, hypericonis parabitur. Quod ſi vlcus adſit, ex oleo vitell. ouor. 5. meth.

Si ve-

Si vero flatus vterum distendendo dolorem caussent, iniectio ex decocto discutientium cum vino dulci additis oleis discutientibus, proderit.

Ad menses vero suppressos in mulieribus ex decocto rad. aperitiuar. ireos, rubiæ maioris, aristoloch. herbis quinetiam vtero appropriatis, vt nepeta, matricaria, arthemisia, calamintha, hyssopo, origano, chamomelo, seminibus calidis, florib. odoratis vt spicæ nardi conficietur, cuius decocti ℔.ß. cum ℥ j. aut ij. vini albi vtero iniicitur. Vel ex succis earundem herbarum defecatis siue depuratis cum vino extractis, oleo nardino addito.

Ad menses vero sistendos parabitur ex decocto adstringente, vt rad. symphyti maioris, bistortæ, plantagine, cauda equina, & similibus in decocti ℔.ß. dissoluantur trochisci de terra sigillata, seu bolo seu de carabe, subtilissime puluerizatis ʒ ii. vel iii. Vel si mauis, tantundem terræ sigillatæ, boli, sanguin. draconis. Vel fiant ex succis earundem herbarum cum vino extractis, (ab aceto vero cauendum) hoc modo:

℞. *Succor. plantag. polygon. depurator. an. quart. i.*
sanguin. dracon. boli armen. trochiscorum de carabe an. ʒ.i. tepide iniiciantur.

Si vero vlcus sit detergendum, parabitur ex decocto hordei, agrimoniæ, plantaginis, in quo dissoluetur saccharum rosat. vel syrup. ex ros. siccis vel de absynthio, & quidem sacchari quarta pars sit, syrupi vero tertia.

Si vero & dolor vrgeat, anodyna incoquenda erunt, vt altheæ. Si vero sine dolore & sine sangui-

nis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

nis profusione, addantur lupini, cicetes rubri, absynthium, centaurium & similia amara, in æquis partibus aquæ & vini, vel hydromelite decoctis.

At vlcere purulento & fœtido nonnihil Ægyptiaci cum melle rosat. dissoluetur. Si tumor adsit, fiunt ex mollientibus & laxãtibus, iusculo pingui carnium incoctis, in quo butyrum, adipes, axungiæ, medullæ conuenientes, oleum nardinum, styrax, opopanax, bdellium dissoluendum. Nonnunquam ad sterilitatem tollendam, quæ à laxiore vteri orificio caussatur, semen virile intromissum non retinente, ex adstringentibus, vt decocto rad. bistortæ, corticis mali granati, menthæ siccæ, nucum cupressi, balaustior. galla, decoctis in vino adstringente, additis syrupis vel succis adstringentibus, vt plantag. (sunt &, qui aluminis aliquid nonnunquam addant) iniectiones fiunt. Sic denique iniectiones ad vlcera, quæ in sinu pudoris fiunt, similes esse debent iniectionibus, quæ in vesicæ vlceribus vsurpantur.

De Syrupis.

Cap. XVIII.

SYrupus à recentioribus Græcis, vt Actuario a σιράπιον; ab Arabicus Sechaniabin dicitur: licet Nicolaus Myreps. syrupos δρόσατα nominarit, de quibus integram sectionem 8. scripsit. Volunt aliqui, syrupos dictos, vel quasi οἱ ἀπὸ τῆς συρίας ὄποι, quod ex Syria primo delati credantur, vel ὡς σύροντες ὄποι, quanquam pauci trahendi vi præditi fuerint. Est autem syrupus *medicamentum liquida consisten-*

a 5. meth.

ſiſtentia, quod dum fluit, continuitatem non abrumpit, ex decoctis plantarum cum melle, vel ſaccharo eliquato, ad craſſam mellis conſiſtentiam, ad cuſtodiam eius coctum.

Veteres loco ſyruporum ſuccis radicum, herbarum & fructuum, quos melle componebant, vſi ſunt, vt videre eſt apud Galenum *b*. Apud Æginetam *c* & Aetium *d* multa ſunt eiusmodi, quorum alia dicuntur propomata; alia potiones ſuaues, alia potiones vtiles. Propomata, προπόματα, erant dulces prælibationes ex *e* vino & melle apparatæ: Vel vt plurimũ, vina medicata, aromatib. herbis, radicibus condita, vt videre eſt apud Myrepſium *f*. qui confectiones varias propoſuit, ſic dicta, quia inſtituta erant, vt ceteris cibis præpotarentur, quo appetitum excitarent. Quare vina factitia Trallianus propomata vocauit.

b *de compoſitione med. κατὰ τόπους.*
c *lib.7 c.15.*
d *tetrab. 3. ſerm.1. c.30.*
e *Athen. lib.2. Plutarch. lib.8. ſynop. quæſt.9.*
f *ſect.38. à cap.46. ad 71.*

Potiones vero vtiles & iucundæ, vt ſcribit Ægineta, fiebant ex ſuccis vna cum melle, nec vinum miſcebant, quia in febricitantibus vtebantur. Fiebant ex ſuccis pomorum, prunor. ceráſorum; in ſumma ex omnibus ſuccis fructuum dulcium & ſuauium.

Iuuenti fuere ſyrupi tribus potiſſimum de cauſſis. Primo cum neceſſum ſit in morbis præparare, alterare, roborare, nec quouis anni tempore herbas vel earundem ſuccos habere liceat, vt poſſent conſeruari, ſyrupi iuuenti ſunt: dein quia ſæpe affectus præparationis moram ferre non poteſt: tum vt medicamenta ſint ſuauiora, quare melle & ſaccharo condiuntur. Sunt autem duplices: Alii ſimplices, qui vſuales Practicis dicuntur: alii compoſiti, qui magiſtrales appellantur.

Simpli-

Simplices sunt, syrupus rosatus, violatus, de absynthio, de mentha, de eupatorio, de endiuia, de nenuphare, de capillo Veneris, de epithymo, de byzantiis & similes. Dicuntur Simplices nō tam, quod vno simplici medicamento constent, quam quod ad ægritudinem vnam & vnum vsum instituantur.

Syrupus magistralis est, qui ex variis medicinis varias ægritudines respicientibus compositus est. e. g. vt si quis commisceret syrupum de eupatorio cum syrupo de betonica æqua quantitate, fiet syrupus conueniens capiti propter betonicam, & hepati propter eupatorium.

At syrupi, qui in officinis communiter habentur, alii calefaciunt, & humectant, vt syrupus de buglossa & borragine, de liquiritia, de althea: Alii calefaciendo, exiccando incidunt, attenuant, obstructiones tollunt: vt sunt syrupus de lupulo, fumaria, capillor. Veneris, de duabus & quinque radicibus (aperientibus dictis) de scolopendria, prassio, hyssopo, tussilagine, liquiritia (Hic tamen aliquam humectationem habet) de betonica, melissa, mentha, arthemisia, byzantiis, absynthio, cortice citri, epithymo. | Plerique refrigerant & humectant, vt syrupus violatus, iulepus violatus, de iuiubis, de papauere, pomis, diacytonites sine speciebus. Refrigerant & exiccant syrupus de cichorea, endiuia, acetosa, de acetositate citri, limonibus, oxysaccharum simplex, qui refrigerando incidunt, attenuant, detergunt, obstructiones tollunt. Alii vero adstringendo roborant, vt syrup. myrtillor. cytonior. granator. de agresta.

Ex his quicunque aciditatis participes ſunt, inter ceteras facultatates vim habent arcendæ putredinis & humorum malignitatem mitigandi.

Rurſus ex calefacientibus & refrigerantibus quidam dicuntur ſimplices, quia ex paucioribus conſtant: quidam vero compoſiti, eo, quod plures commiſceantur ſyrupi, vt ex calefacientibus ſyrupus de byzantiis: ex refrigerantibus ſyrupus de cichorea compoſitus, acetoſus item, qui maioris ſunt efficaciæ. Quare ſyrupus de cichorea compoſitus id præſtare poteſt, quod apozema, ſi cum conuenienti liquore diſſoluatur.

His alii bilem tenuem præparant, contemperando, feruorem extinguendo, vt eſt roſatus, violatus, de nymphea, de papau. diacodion ſine ſpeciebus ſyrupus de iuiubis, cydon. myrtillis: Craſſam vero incidunt ſyrupus de cichorea tam ſimplex, quam compoſitus, de endiuia, lupulo, fumaria, ſcolopendrio, de byzantiis, de duabus & quinque radicibus, capill. Veneris, acetoſus tam ſimplex, quam compoſitus.

Pituitam vero præparant ſyrupus acetoſus compoſitus, de hyſſopo, liquiritia, ſtoechade, arthemiſia, mentha, abſynthio, calamintha, capillor. Veneris, byzantiis, de duabus & quinque radicibus, oxymel ſimplex & compoſitum, oxymel ſquilliticum.

At Melancholiam præparant ſyrupi de lupulo, ſcolopendrio, fumaria, de byzantiis, bugloſſa, borrag. pomis, cortice citri, epithymo, de capillis Veneris.

Atram vero bilem præter enarratas, ſyrupus valet

valet de cicohrea, de meliſſa, violatus: Et ſi humor hic adhuc ferueat, in vſum reuocandi refrigerantes & humectantes, & ij, qui humorum prauitatem obtundere poſſunt.

Verum non ſolum ſingulis humoribus ſyrupi accommodati habentur: ſed etiam dantur, qui vni magis parti corporis, quam alii conueniunt. e. g. ex ſimplicibus capiti conueniunt ſyrupi de ſtoechade, betonica &c. Pulmoni & thoraci ex refrigerantibus ſyrupus violatus, de iuiubis, papau. diacodion ſine ſpeciebus, qui humorem calidum tenuem ſiſtunt, & fluxionem prohibent: eum vero, qui iam fluxit, faciliorem ad expectorandum reddunt. Si vero in pulmonibus bilis ſit craſſa, vel pituita ſalſa, vtiles etiam ſunt ſyrupi capillor. Veneris, de liquiritia, tuſſilagine.

Ad pituitam vero in thorace citra febrem hærentem, vtiles ſunt ſyrupi de hyſſopo, oxymel ſimplex & compoſitum. Cordi ex calefacto ſyrup. & etiam Iulepus violatus, de acetoſitate citri, & quicunque accidi. Refrigerato vero ſyrupus de bugloſſa, borragine, meliſſa, corticibus citri, & capillor. Veneris.

Ventriculo intemperie frigida humida, ſiue ſit cum humore, ſiue ſine humore laboranti, ſyrupi de abſynthio, mentha, hyſſopo: Ab humore calido in febri & alui profluuio ſyrupus è roſis ſiccis, ſyrupus cydonior. granator.

Hepati à caliditate obſtructo ſyrupus de endiu. cichor. capillor. Veneris, & quicunque non euidenter calefaciunt: ſyrupus acetoſus & alii adſtrictionis expertes. A frigiditate obſtructo,

 vſur-

vſurpandi, qui calefaciunt, incidunt, attenuant, modo nimium non adſtringant: Quare & ſyrupus de abſynthio vtilis erit.

Lieni ſyrupus de epithymo,pomis, borragine, bugloſſa,ſcolopend. byzantinus, & omnes, qui obſtructiones tollere poſſunt. Renib. abſtergendis & vrinis mouendis ſyrupus de liquiritia, althea, ſiquidem molliter vias vrinarias dilatent, leuiter incidant & detergant: ſyrup.de limonibus,de raphano.

Vtero refrigerato , aut à bile craſſa obſtructo, vtiles erunt ii, qui enumerati ſunt ad bilem craſſam & pituitam craſſam: Imprimis vero vtiles ſunt ſyrupi de duab. & quinque radicib. de arthemiſ. calamintha,hyſſopo.

Sunt etiam ſyruporum quidam vſitati ad fluxiones à capite in fauces & ventriculum ſiſtendas. Tales ſunt ſyrup. de roſis ſiccis, ſyrup. myrtillorum, de papau. iuiubis, diacytonites ſine ſpeciebus, de nenuphare. Cauendum tamen, ne his poſterioribus vtamur, quando expectoratione opus eſt.

Si humor fluat in ventriculum, miſcendus eſt myrthinus cum roſac. additis aliquot granis maſtiches aut thuris, huius præſertim, vbi à cerebro frigidiore humores defluant.

Sitim ſedant omnes ii,qui aciditatis participes ſunt, de acetoſa, de acetoſitate citri, limonibus, agreſta,violatus,de nymphea & ſimilibus. Sed vbi fluor alui adeſt, iulepo roſato ſyrupus cydoniorum vel granatorum miſcendus.

Somnium conciliant ſyrupi de papau. violatus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

latus, de nymphea, horum omnium quantitas excepto papauerino eſt ab ℥ i. ad ℥ i. ß. additis ℥ ij. vel iij. aquæ ſtillatitiæ vel decocti cum ipſis ſyrupis viribus conuenientis, quibus maior quam aquis, vis ineſt. At ſyrupi de papau. cum diuerſæ ſint confectiones, certa doſis hic præſcribi non poteſt. Secundum noſtrarum enim officinarum compoſitionem ℥ vi. pro ſumma doſi ſufficiunt. e. g. ſi ad obſtructionem venar. meſaraicarum, aut iecoris propter bilioſam fluxionem ſyrupo compoſito vti velis, talis eſto:

℞. *Syrupi de cichor. ſiue rhabarb. ſyrupi acetoſi ſimpl. capillor. Veneris, an.* ℥ i. ß.
aquar. agrimon. acetoſ. endiv. an. ℥ ii. *vel* iij.
fiat iulepus pro quatuor doſibus, qui bis in die, duabus horis ante cibum exhibeatur.

Plerumque diſſoluuntur ſyrupi in ptiſana vulgari, id eſt, decocto parato ex hordeo nō mundato & radicibus liquiritiæ, ab exteriori cortice repurgatis. Exemplum ſyrupi cum aquis conuenientibus in Lienis obſtructione:

℞. *Syrupi de ſcolopend. capillor. Ven. de byzantiis an.* ℥ ii.
aq. bugloſſ. ſcolopend. borrag. fumar. an. ℥ iij.
f. iulepus pro quatuor doſibus.

Sic ad ſanguinem vndiquaque manantem:

℞. *Syrup. myrtillor. de portulac. iulepi roſ. an.* ℥ j.
aq. plantag. centinodii, roſ. rubr. an. ℥ iij.
f. iulep. pro tribus doſibus.

Poteſt etiam vnus aut plures dictorum ſyruporum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

rum in aq. chalybeata dilui. Exhibemus etiam aliquando sine liquoris admixtione, vt ad fluxum in fauces delabentem

℞. *Syrupi iuiubini, rosar. sicc. an.* ℥ j ß. *misce pro duabus aut tribus dosibus,* hora somni cochlear vnum sumendo.

Sic vẽtriculo ab humore frigido relaxato, vel ab intemperie humida labefactato, syrupi de mẽtha per se aut cum syrupo de acetositate citri, cochlear vnum, horis duabus ante prandium exhibeatur.

Qui vero pectorales sunt, lambendo vel baculum liquiritiæ syrupis pectoralibus intinctum sugendo assumuntur, quo sensim pars ipsorum per latera asperæ arteriæ recta in pulmones feratur, vt in destillatione humoris crassi, & expectorationis tempore.

℞. *Syrup. de hyssop. capillor. Veneris, de tussilag. de liquir. oxymelitis simpl. an. q. voles.*

In catharro tenui cum febri:

℞. *Syrupi violati, de iuiub. an.* ℥ j. ß.

M. vtatur sæpius lambendo: qui nõ tantum mane ac vesperi exhibendi sunt, sed etiam in accessionum particularium incremento, vigore & declinatione, vt in incremento ad humorum præparationem caloris febrilis extinctionem

℞. *Syrup. violat.* ℥ i. *de limonib. vel de acetositate citri, vel etiam rob. de ribes* ℥ ß. *dissolue in* ℥ iiii. *aq. cocta.* Exhibeatur sitis tempore præsente æstu febrili. Quod si sitis intensissima sit, aq. dosis augeatur, & quidem crudæ, si æger assueuerit, & nulla ventriculi debilitas adsit. In declinatione vero ad sudores mouendos aut vrinas mouendas, maxime, si æ-

ger facilis ſit ad ſudorem, naturæ motus iuuandus, nec potus prohibendus, exhibendi ſunt ſyrup. acetoſus, de limonibus, capill. Vener. cum aq. cocta vel aquis ſcabioſæ, acetoſæ, vel etiam aq. fontana.

Habentur quoq; in officinis ſyrupi efficaciores leniterq; bilem purgantes, qui puerulis, grauidis, infirmis & ſenibus exhiberi poſſunt, quales ſunt ſyrup. roſat. laxatiuus ſimp. qui cum aq. fontana aliave conuenienti ad faciliorem deglutitionem infantibus ad ℥ i. adultis ad ℥ iii. exhiberi poteſt. Sic ſyrup. violat. ex multis infuſionibus infantulis accommodatior ad ℥ i. per ſe, vel ad ℥ iii. cum cõuenienti liquore in adultis, ſyrupus de cychorea cum rhabarbaro, qui pari doſi propinari debet. Horum vis alterius acceſſione augeri poteſt.

Quod ſi vero ſyruporum in officinis vſitatorum facultates exoletæ videantur, & materia parandis recentibus habeatur conueniens, parabuntur ex decocto vel ſuccis, vel vtriſque mixtis morbo & parti affectæ conuenientibus, adiecto ſaccharo aut melle. Quantitas vero ſacchari ſimilis plerunque eſſe ſolet decocto, vel ſi decoctum vel ſucci per ſe ſunt iucũdi, tantũ ſolum, quantum ad conſeruationem requiritur, ſacchari addi debet: Si vero amari ſint, vel nimium acidi, plus ſacchari miſcetur, & ſimul coquuntur, ita vt, ſi ſyrupum diutius ſeruari velis, tamdiu coquas, donec ſexta tantum decocti pars remaneat. Exemplum ex decocto ad expectorationem humoris calidi, vel ex bile & pituita permixti.

℞. *Sebeſten, iuiubar. an.* nr. viij.
caricum conciſar. nr. ij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ſcabioſæ, tuſsilagin. capill. Vener. an. m. j.
ſem. meson. alth. fœniculi, bombacis an ℥ ii,
liquiritiæ raſæ ℥. ß.
flor. violar. p. ij.
fiat decoctio ad quartaria iij.
in colatura diſſolue ſacchari Maderenſis ℥ vij. *vel* viij. *coq. ad conſiſtentiam ſyrupi.*

Huius ℥. j. in ptiſana, vel in aqua tuſſilaginis & ſcabioſæ diſſolui poterit & pro doſi exhiberi, vel eius cochlear j. ſenſim deglutietur; vel cum baculo liquiritiæ loco ecclegmatis vſurpetur.

Parantur etiam eiusmodi ſyrupi ex ſuccis herbarum, vt in obſtructione hepatis à bile cauſſata:

℞. *Succor. bugloſſ. endiv. acetoſ. lupuli. an.* ℥ ij.
ſacchari tantundem, coq. ad ſyrupi conſiſtentiam, cuius ℥ j. *vel* ℥ i. ß. *in decocto agrim. lupuli, fumar. cichor. vel in aq. ſtillatitiis earundem diſſoluatur.*

Exhibeatur duabus ante cibum & quatuor à cibo horis.

Alius in melancholia hypochondriaca.

℞. *Succorũ depurator. borrag. bugloſſ. an.* ℔. ß.
ſuccor. pomor. redolentium quart. iij.
ſacchari ℔. j. *ſimul coq. ad ſyrupi conſiſtentiam.*

Poteſt etiam aceti ℥. ß. vel ℥ j. ſub finem colaturæ addi, modo accida ægro placeant.

Syrupi quoque magiſtrales ſiue longi in frequenti vſu ſunt in diuturnis morbis, tam ad curationem, quam ad præcautionem: Nam quemadmodum corpora & humores his ſenſim preparantur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

tur, ita quoque sensim & blande expurgantur. Quare exempla aliquot subiiciamus.

Ad pituitam in capite abundantem eamque euacuandam, syrupus magistralis talis esto:

℞. *Radic. asparagi, fœnicul. petroselini, enulæ, sem. carthami an.* ℥. ß.
cichorii cum toto, origani, calamenthæ, summitatum hyssopi, an. m. j.
sem. anisi, fœnic. pœoniæ & eius radicis an. ℥ ij.
flor. cordial. an. p. j. *decoq. in aqua aut hydromelite.*

℞. *Colaturæ quartaria quinque infunde folior. senæ mundat.* ℥ iiij. *quæ leniter decoquantur.*
agarici trochisc. ℥ ij. *qui tantum in decocto calido macerentur* (alias facultatem suam amittet) *deinde fiat expreßio ad* ℔.j. *in qua sacchari Maderensis* ℔.j.
dißoluatur: f. syrupus, cuius dosis erunt ℥ ij. (vel cochlearia duo) dissolutæ vel in aquis stillatitiis, vel decocto aliquo conuenienti.

Ad purgandum iecur & lienem:

℞. *Quinque rad. aperitiuar.* (quæ aliquando per noctem in aceto macerantur)
cortic. rad. capp. cortic. med. fraxi. an. ℥ i.
cichor. & endiu. cum toto, agrim. chamedr. an. m. ß.
sem. endiu. acetosæ, fœnic. an. ℥ iij.
flor. cordial. & melissæ an. p. j.
f. decoctio in sufficienti quantitate aquæ circiter ℔. ij.

collaturæ infunde fol. ſennæ mundator
℥ iiij.
agarici trochiſc. ℥ ii.
f. expreßio ad ℔ j.
in qua tantundem ſacchari diſſolue. ſub finem adde infuſionis rhabarb. ℥ i.ß.*cum* ℥ ii. *cinnam. aromatizetur. f. ſyrupus longus*, cuius doſis ℥ ij. cum decococto conuenienti hepatico, qui ſingulo triduo exhiberi poteſt.

Medicamenta autem purgantia, quæ ipſis decoctis infunduntur, ſunt ſenna, rhabarb. agaric. turbith. (in piruitoſo) helleborus niger in affectu melancholico contumaci, cuius ℥ ij. ſi decoquantur, ſufficient, vel tantundem turbith. infundere licet ſimul cum ſenna, additis zingiberis gr. vj. vel viij. radicis vero ireos ℥. j. ſimul cum aliis decoquatur vel in taleolas ſecta colaturæ calidæ infundatur. Sic ellabori fibras aut radices in eadem colatura infundere plerunque ſatis erit. At pondus purgantium accommodari debet humori, naturæ ægroti, viribus, ætati, parti affectæ & aliis coindicantibus, ita vt pro ſingulis doſibus ℥. ß. ſennæ, agarici ℨ ij. rhabarbari ℨ i.ß. vel ℨ ii. ſufficiant, quæ doſis raro exceditur.

Quod ſi vero hæc doſis non ſatis euacuet, augeri poterit, addita ſyrupi lõgi ℥. ß. vel in rhabarb. diluto ℥ j. vel ℥ j. ß. diſſoluetur doſis vna prædicti ſyrupi, vt ℥ j ß. vel ℥ ij. vel ſyrupo addi poteſt diaphenici aut diapruni aut electuarii de ſucco roſarum ℨ ii. vel catholici ℨ iii. pro doſi.

Vsus denique syruporum multiplex est. Vulgatissimus vero est ad humorum expurgandorum præparationem, & obstructionum reserationem, quo facilius humores expurgentur.

De Saccharo eiusque differentia.

CAP. XIX.

CVm sacchari frequentissimus in medicamentis vsus sit, necessum est, de eo quædam dicere.

Saccharum duplex est, aliud natiuum, aliud factitium: Illud liquor est, qui in India & felici Arabia ex arundinis suæ oculis effluens, tum per se, quia turget, lacrymæ alicuius instar, tum etiam solis attrahente facultate elicitus, principio liquidus qui denide à sole super arũdines in grumos pisi, fabæ aut auellanæ magnitudinem concrescit, candidus, pellucidus, salis instar friabilis, qui antiquis cognitus, à Dioscoride & Galeno inter mellis species relatus. Quare Dioscoridi sacchar. melium & concreti mellis genus: Galeno sacchar; Paulo saccharum, Plinio saccharon dicitur; Archigeni, sal Indum, propter concretionem sali similem, & quia salis modo sub dentibus frietur, propter candorem, & quod liquefiat, cum humore aliquo diluitur. Aliis mel calaminum seu arundinaceum dictum fuit: quod saccharo cando arte parato simile fuit, cuius succedaneum esse potest.

Factitium, aliud veterum, aliud recentiorum. Veterum ex radicibus arundinum & ipsis cannis

expri-

exprimebatur, quo veluti liquido melle vtebantur: quare mel cannæ dictum fuit, quod ex Ægypto, Cypro, Creta, Sicilia & Rhodo afferebatur. Hoc etiam ante Galeni tempora notiſſimum fuit, & ſaccharum tabarzeth ab Auicenna dicitur.

Recentiorum à prædicto confectionis modo potiſſimum differre videtur, cum veteres ſuum expreſſione, recentiores vero coctura conficiant.

Eſt autẽ noſtrum ſaccharum ſuccus è ſingulari arundinis genere expreſſus, ad iuſtam conſiſtentiã calore ignis excoctus, defecatus, & in turbinatas metas denſatus, colore & ſplendore niueus, aut in candido ruffeſcens, qui cum aqua diſſoluitur, & rurſus ad craſſitudinem coquitur, mellis inſtar pinguis, & in longum ductilis, dulcedinis ſuauitate mel ſuperans, qui quanto plus coquitur & defecatur, tanto candidior & dulcior euadit.

Diuidimus ſaccharum in concretum & molle: Concretum in pyramidale, miſcellaneum, candum & penidium. Pyramidale in Maderenſe, Canarium, Finale, Meliſſium & Thomæum.

Maderenſe ab inſula Madera dictũ, ex Luſitania adfertur in metas ℔b. 6. 7. 8. 9. & 10. ſuauitate ſua ad confectiones expetitum, quod ceteris omnibus præfertur.

Canarium ab inſula Canaria inter Africam & Americam ſita, vbi copioſiſſime coquitur, & Meliſſio ac Thomæo candidius, ſolidius ac purius. Eligendum in hoc genere candidiſſimum, aridiſſimum, minime lentum, ſed quod malleo percuſſum in ſolidas partes diſſilit, vt liquefactum ac deſubmatum aqueam claritatem habeat: quod metis 10. & 12 ℔. adfertur.

Finale

Finale, aut Finis, ab extrema & finem conſecuta puritate nomen habet, eo quod candidus arte reddi non poteſt. Conficitur e canario hoc modo: Saccharum in portiones diuiſum aheno indunt, lixiuii ex ſola calce viua parati, quantitatem, quæ ebullitioni deſpumationiq; ſufficiat, affundunt, deſpumant: rurſum albumina ouorum inſtillant, & tamdiu deſpumant, donec probe limpidum & flauum ſit redditum, tum lixiuio nondum abſumpto per cilicium transmittunt, quo reliquiæ ſordium colligantur, denuo igni apponunt, donec lixiuium plane ſit abſumptum. Quod ſi forte ebullitione labra aheni ſuperet, butyri momentum ilico addunt: ſicque ſtatim vndantes ſpumæ reſident. Saccharo iam ad duritiem cocto & adhuc calente, vaſa figulina terrea, (Veneti accipiũt ænea) infundibuli forma prius aqua fontana lota, ſaccharo opplent, quibus ſubtus anguſtiori parte foraminulum ineſt, quod obturant, & recondunt. Hæc vaſa in cellam aut hypocauſtum, metarum baſi, cruſtam ex luto aqua calida ſubacto, duorum aut trium digitorum obducunt: Quæ cruſta vbi exiccata fuerit, aufertur, alia apponitur; hocque bis terve repetunt, ita tamen, vt in ſingula mutatione in foraminulum mucronem immittant, quo facilius craſſamentum pinguius & ſordidius, quod ſyrupum vulgo vocant, effluat.

Poſtremo bis aut ter ex metis vel vaſis erutum fontana liquefaciunt, rurſum in metas infundunt ſubtus foramen reſerant, & ſuperne lutum addũt, denique dodrantales pyramides cærulea charta inuoluunt. Optimum, quod candore, ariditate

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

& ſplendore, optimum Canarium ſuperat, quod ad confectiones ceteris ſpecieb. pleriq; præferunt. Verũ vt ab eo in medicamentis abſtineatis, ſuademus: ſiquidem dum lixiuio acriore, quaſi ſapone ex calce parato, repurgatur, non modo dulcedinis gratiam amittit, ſed aliquid acrimoniæ acquirit, vnde ſitis excitatur, ſanguis vritur, bilis gignitur, caput grauatur. Hoc Practici & officinæ pro ſaccharo tabarzeth vſurpant, cum Arabes voce Tabarzeth optimum intelligant. Quare Maderenſe in medicamentis præferimus.

Saccharum Meliſſium, quod aliqui à Meli Indiæ occidentalis, alii ex inſula Melita afferri volũt, Canario ſimile, minus tamen candidum, quod etiam Fino præferimus, & communiter in cibis vtimur, quare ſaccharum cibale quibusdam dicitur, laudatur, quod tam foris quam intus candidum eſt. Si enim intus ſubrufum ſit, tum ſpuma ſua pyramidibus intus commixta, adulteratum eſt.

Thomæum ſaccharum, ab inſula Indiæ occidentalis Sancti Thomæ, vbi plurimum coquitur, nomen habet: Quod Practicis Saccharum rubrum: ab Arabibus ſuccharum ſulimenum dicitur, & pro ignobiliſſimo habetur, quod foris albidum, aut in flauum vergens, in mediis metis ſubrufum, præſertim in ſummitate. Quod in eo candidum eſt, facile friatur: rufum vero propter lentam pinguedinis denſitatem friationi reſiſtit: cum reſoluitur, ruffeſcit, & plurimum ſpumæ excernit, cum rurſus ad ſpiſſitudinem coquitur: denſitatem diu ſeruare nequit, ſed propter pinguedinem melli cognatam ſemper humeſcit: Idcirco
eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

eo etiam vtimur mellis loco ad excipienda medicamenta liquida, pro antidotis, ſerapiis, conſeruis & ſimilibus. Clyſmatibus etiam inditur non tantum, quod vilius ſit, ſed etiam, quod magis abſtergat.

Eligendum eſt pingue, denſum, candidius, & hoc ipſo Fino ſalubrius eſt. Adulteratur etiam ſpuma ſua intus pyramidibus admixta, dolus fuſco rubore detegitur. Nonnunquam & hoc ſaccharum lixiuio, eo modo, quo Canarium, depurant. Albius quidem reddunt, ſed nunquam recte induratur. Et quod candidius eſt, plus amyli habet, quod in depurando admiſcent, paruis metis infundunt, cærulea charta inuoluunt.

Saccharum Miſcellaneum prædictarum ſpecierum fragmenta appellant, quæ ſimul collecta in doliis afferuntur, ſiquidem hoc communiter ad ſyruporum confectionem, aliquando & in cibis, vtantur.

Denique ſaccharaceum mel, ſimile eſt molli & liquido melli vel ſyrupo, quale etiam ſemper remanet, nihil aliud eſt, quam ſpuma in ſacchari confectione collecta, quod ex Inſulis, in quibus ſaccharum coquitur, in doliis aduehitur, viliorique pretio, quam mel venditur, quo pro melle vti licebit, niſi forte adulteraretur. Hoc ex inſula Madera magna copia Antuerpiam aduehitur, vbi ex eo placentulæ popularibus hominibus dicatæ conficiuntur. Dicitur mel ſaccharinum.

Saccharum candidũ, quod officinis candum dicitur, cuius ex Græcis ſolus Myrepſius *a* meminit, κάνδιον nominans; aliis lucidum, aliis cryſtallinum dictum

a *lib. de antid. ſect. 1.*

dictum, duplex est: Naturale aliud, aliud factitium.

Naturale, quod ex arundinum cannis effluxum, super eas solis calore concretum est; & ex India allatum fuisse diximus, in cuius loco saccharum nostrum candidum, iisdem viribus pollens, successit.

Quod arte paratur, duplex est, alterum crystallo simile, quod Veneti ex finissimo conficiunt, cum tamen rectius è Maderensi vel Canario conficiatur, cum finissimum à lixiuio ex calce parato, decoctione aliam qualitatem adsciscat, & id, quod ex Maderensi vel Canario fit, illud dulcedine superet, & candore adæquet.

Alterum subrufum quod nunquam clarum redditur, & ex Thomæo conficitur; Præfertur tamen album, siquidem colore, substantia & viribus natiuo correspondeat. Confectionis hic est modus:

Saccharum optimum confringitur, vasi conuenienti imponitur, aquæ fontanæ, quantum ad sacchari liquefactionem opus est, affunditur, vsq; dum ad iustam consistentiam syrupi perueniat, quod cito fit, coquitur. Calidum ollis quadratis è luto factis, & vitratis infunditur, quibus bacilli lignei, fissiles, tenues, quadrati ex abiete aut picea decussatim duorum digitorum interuallo dispositi insunt; Feruens adhuc vasis æstuario calefacto ad fornacem vel officina calefacta, vase densa bõbace inuoluto, in dies 16. aut 20. reponunt, postmodum detegunt, & si forte syrupi affusi siue sacchari liquati portio quædam necdum concreta reman-

remanserit, effundunt repente affusa calida, ad syrupi pinguedinem eliciendam, quo denuo feruente reddito, illico calidum in idem refundunt, eodem loco per dies 8. vel 10. relinquentes. Tempore hoc elapso, inuenitur circa ligna iniecta saccharum concretum pellucidum, & crystallini coloris, sapore Canario simile, quod ori inditum, sensim liquescit. Probatur quod maxime pellucet, & in maiores cubos, splendidis lateribus densatum fuerit. Quod vero rufum est, calidius est, & ad mellis qualitatem accedit, magisque abstergit.

Ad imitationem sacchari candidi confici etiam potest violaceum & pellucidum, cinnamomeum & rosaceum purgans. e.g.

℞. *Sacchari Maderensis* ℔. vi.

liquefiant, bulliant, in aq. stillatitia violarum paucissima, donec crassitiem tabulis conficiendis acquirat, mox affusis succi violar. ℔. ij.

decoq. ad syrupi consistentiam, tum, vt dictum fuit, ollæ terreæ vitratæ, decussatim in ea bacillis dispositis infunde.

Eodem etiam modo & tempore, quo saccharum candidum confici diximus.

Si pellucidius requiras, & viridioris coloris, tum addes succo violarum, dum saccharo miscetur, guttas aliquot succi limonum aut citri. Fragrantius si expetas, rad. iridis ℥ ij. inuolutas laneo panno, addes. Vsus est in affectibus pulmonum & thoracis à calore excitatis.

Simili modo saccharum candum cinnamome-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

um conficitur, ſi loco aquæ fontanæ, aquam ſtillatitiam cinnamomi ſumſeris, in quo ſaccharũ diſſoluatur, & ſi guttas aliquot olei cinnamomi addideris, habebis fragrantiſſimum. Cuius vſus in frigidis & thoracis & ventriculi affectibus.

Saccharum vero candidum roſac. hoc modo fiet: Saccharum in aqua ſtillatitia roſarum diſſoluitur, ſuccus roſarum incarnatarum expreſſus additur, eo modo, quo violaceum, conficitur. Pellucidius & floridiore erit colore, ſi ſucci citri, aut aliquid cinnamomi ſaccharo miſcueris.

Quod ſi vero ſaccharum in ſucco roſarum incarnatarum diſſolueris, & guttas aliquot ſucci limonum addideris, eoque modo, quo candidum, confeceris, non ſolum pellucidum & incarnatum colore confeceris, verum etiam vi cathartica præditum erit, quo delicatulos & infantulos blande purgare poteris.

Saccharum Penidium, cuius nec Græci meminere, nec conficiendi modum agnouere, ex pyramidali, nonnunquam ex Thomæo conficitur: Poteſt etiam recte ex miſcellaneo confici, ſaccharo in micas confracto, aquam affundunt, lentis prunis diſſoluunt, bullienti albumina ouorum diligenter agitata affundunt, quo ſordes albumini adhæreant, remouent ab igne, ſpumam cum ſordibus deſpumatorio adimunt, rurſus igni imponunt, bullienti demum albumen infundunt, ſordes adimunt, totiesque faciunt, vsq; dum ſaccharum nullam amplius ſpumam relinquit, mox per pannum colant, rurſum igni apponunt, quo lente & continue bulliat, vsq; dum bullæ magnæ attol-

attollantur, mox bacillum leuem ex frigida aqua exemptum ſaccharo indunt, vt ei adhæreat. Exempto baculo frigidam aſpergunt (hæc enim eſt proba) Quod ſi ſaccharum induretur, & facile à bacillo recedat, maſticatum item dentibus non adhæreat, ſufficienter coctum erit; Quare ab igne remouent, & vbi bullæ conſederint, ſupra tabulam marmoream optime adæquatam oleo amygdal. inunctam effundunt, eiusque defluentes extremitates continuo in medium referunt, & id tam diu, vsque dum propemodum reſinæ laricea craſſitudinem acquiſiuerit, tum manibus amylo conſperſis in vnco ſiue hamo parieti affixo, ſuſpendunt: Detrahunt ad vlnæ longitudinem, ad vncum referunt, celeriter diſtrahunt & quidem toties ſine intermiſſione, donec indureſcat & candorem acquirat: Quo diutius enim deducitur, eo candidius redditur. Tandem veluti in tenues funes digiti craſſitie torquendo tabulæ amylo conſperſæ imponuntur, vsque dum exiccetur; quod vbi refrixerit, duriſſimum eſt & vitri inſtar diſſilit, & octauo die poſt friabile redditur, vt & digitis comminui poſſit. quæ omnia in æſtuario calido peragenda ſunt. Eligendum candidiſſimum, rariſſimum ac lucidiſſimum, quod temperate calidum eſt: Lenit & emollit aſperitatem faucium, raucedinem, tuſsim ſedat: pectus & thoracem expurgat, ſiue per ſe, ſiue in cibo aut potu ſumptum, cuius nomine infantulis vel in pulte vel cum lacte exhibetur.

De Iulepis.

Cap. XX.

a 5.meth. med.1.

IVlepum iuniores Græci, Actuarius *a* & Sethi ζυλάπιον & ἰόλαβον quasi violarum infusum appellant: Veteribus enim hæc forma incognita, & ab Arabib. inuenta, cuius loco hodie Medici frequētius syrupo simplici vtuntur. Materia ipsorum sunt aquæ stillatitiæ, ſucci florum, fructuum, herbarum puri & defecati, saccharum, acetum, omphacium, mel. Raro ex decoctis herbarum & fructuum materia desumitur. Plerunque ex infusione florum fiunt. Aliquando è iure vnius aut paucorum simplicium, præsertim aromaticorum, vt fœniculi, hyssopi componuntur, hoc modo: Vt saccharum vel mellis secundum aliquos triplum, aliqui æquali portione cum liquoribus sumunt, decoquuntur sensim despumando, dum tota fere liquoris quantitas sit absumpta ad mellis fere consistentiam; deinde aromate condiebatur. Nunc vero simplicior fit compositio, vt ab apozemate differat, & liquidior, vt à syrupo distinguatur, ita vt liquoris partes tres & sacchari duæ sumantur. e. g. In officinis duo habentur iulepi, alter iulepus violatus, ex aquæ stillatit. violar. ℔. iii. & sacchari clarificati ℔. ii. confectus, qui exspumando coquitur. Sumitur igitur hic iulepus vel per se, vel cum aqua cocta portione quadrupla, sextupla etiam, quæ simul transuasantur: ad sitim sedandam, ardorem bilis compescendum, ad febres, pleuritidem, asperitatem faucium & tussim. Sic etiam iulepus rosatus ex aq. stillat. rosar. ℔. iii. sacchari clarifi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

rificati ℔.ii. conficitur: cuius per ſe & cum aqua conuenienti vſus eſſe poteſt, vt & prioris. Hic etiam Alexandrinus dicitur, Regius Lutetianis, quia regi Franciſco in delitiis fuit. Quod ſi æger acido magis iulepo delectetur, hoc pacto parabitur:

℞. *Aq. roſ.* ℥. viiij.
ſucci limon. ℥ ij.
ſacchar. ℥. iiii.
bulliant lento igne ad iulepi conſiſtentiam.

Si bilis ardorem extinguere velis,

℞. *Succi endiu. acetoſ. an.* ℥. iiii
aq. cichor. nenuph. an. ℥. iii.
ſacchari ℥ iiii.
decoque in iulepi conſiſtentiam.

Hoc vel cum aq. cocta vel cum decocto ſcariolæ, acetoſæ vti poſſumus.

Sed quoniam frigida iſta omnia in ventriculo imbecilliore flatus generant, addi poterit cinnamomi ℥ i. vel ſantali citrini. Pauperibus ad ſitim & ardorem febrilem conficiatur hoc pacto:

℞. *Aq. fontan.* ℔. j.
aq. roſar. & ſacchari an. ℥ iiij.
ſub finem decoctionis adde aceti ℥ ii. ß.
vel omphacii ℥ ij.

In febribus contagioſis conficiuntur ex cordialibus, vt aq. ſcabioſæ, borragin. bugloſſ. acetoſ. roſ. ſucco citri, arantior. limon. acetoſæ, borrag. bugloſſi. Exempli gratia:

℞. *Aquæ ſcabioſæ, roſar. acetoſæ, card. bened. an.* ℥ iii.
ſacchari ℥ v.

sub finem adde succi limon. ℥ ii. *f. iulepus.*
Verum confici possunt eiusmodi iulepi vel ex aquis solis cum saccharo, vel ex solis succis.

Ad alui profluuium vel hæmorrhagiam fiunt ex aq. rosar. succo granatorum, cytoniorum, berberis, vel etiam ex aq. plantag. polygoni, portulacæ cum saccharo rosat. ex infusione quinetiam florum hoc modo: Macerantur flores violarum in aqua, in quam toties violæ recentes coniiciuntur, quoties lubet. e. g. Ad catarrum tenuem in pulmonem delabentem & materiæ delapsæ expectorationem

℞. *Flor. violar. & tussilag. an.* ℔. ß.
macerentur in s. q. aquæ, dein exprimãtur, denuo recentes infundantur, aliquoties, coquantur cum s. q. sacchari. f. iulep.

cuius ℥. i. ß. dilui potest cum aq. hordei & ita exhiberi iis, qui in phthisin sunt proni: Vel sæpius in die per se ℥. i. exhibeatur.

Fiunt etiam iulepi ex syrupis dissolutis, vel in decocto conuenienti, vel in aquis stillatitiis, vt:

℞. *Syrupi violat.* ℥ ij.
syrupi de tussilag. ℥ j. *misce.*

Huius mixtionis ℥ i. in tribus vel iiij. ℥. aq. hord. vel decocti pectoralis diluatur; Vel hoc pacto:

℞. *Aquar. endiu. scariol. acetos. an.* ℥. iij.
syrupi de endiu. ℥ ij.
de acetos. ℥ j. ß.
de limonib. ℥ j. *misce pro iulepo.*

qui tribus matutinis in ardore bilis exhibetur. Communiter solent Medici ad quamlibet potionem iulepi tabellam morbo conuenientem exhibere,

bere, vt in frigidis affectibus aromatici roſ. diagalanga, diamoſchum. In calidis, diatriaſandalon, diarhodon Abbatis. Denique in proſtratione virium ſumma, iulepus confortans gratiſſimus & vtiliſſimus ſic à nobis paratur:

℞. *Iulepi roſ.* ℥ j. ß.
aq. cinnamom. ℥ ß. *miſce.*

Si acidiuſculum expetat, ſyrup. de acetoſitate citri ℥ j. addi poterit, ita tamen, vt aq. cinnamomi doſis augeatur ad ℥ j. quo iulepo quotieſcunque licebit vti.

Tandem præcipuus iuleporum vſus & communis eſt ad corrigendam intemperiem quamcunque, ſitim ſedendam, bilis ardorem extinguendum, humoris malignitatem edomandam. Ad humorum enim præparationem cum paucioribus conſtent, minus efficaces ſunt ſyrupis & apozematibus, quibus tamen multo ſunt iucundiores & ſuauiores.

De apozematis ſiue decoctis.

Cap. XXI.

Ἀπόζημα quaſi feruefactum, vel ἀφέψημα, à Dioſcoride & Galen. appellatum, Latinis decoctum dicitur: quibusdam ſyrupus magiſtralis, cum à ſyrupo ſola coctione differat:

Eſt medicamentum conſtans ex pluribus ſimplicibus in aliquo liquore ad mediæ vel tertiæ partis abſumptionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

coctis, dein colatis, tum ſaccharo aut melle ad ſaporis gratiam aut ſyrupo vno pluribusve dulcoratis, aromatibus conditum, quo ad humorum præparationem, interdum ad earum euacuationem, interdum ad vtrumque vtimur.

c 1. *ad Glaucon.*

Veteres, vt ex Galeno *a* colligere eſt, vtebantur apozematibus hoc pacto confectis: Nonnunquam herbas virentes, aliquando ſiccas in hydromelite ſiue mulſa decoquebant: dein colo transmittebant; & propinabant.

Horum vires eædem, quæ ſimplicium, ex quibus conficiuntur: aliquando enim materia liquori aliquot horis ante decoctionem infunditur, quo vires, quæ in tenuiori ſubſtantia conſiſtunt, eliciantur, vt eſt facultas incidendi, attenuandi, aperiendi, reſoluendi. At cum quorundam vires in craſſiore ſint ſubſtantia, vt in radicibus & lignis, quo maior vis eliciatur, diutius decoquuntur. Sic etiam vis purgantium medicamentorum infuſione, nonnunquam etiam coctione elicitur. Quare tot tamque multiplices apozematum vires & vſus exiſtunt, quot ipſorum ſimplicium atq; ſyruporum præſertim compoſitorum.

Iam vero quemadmodum ſyrupi alii humorem bilioſum, alii melancholicum, alii pituitoſum præparant, alii denique ſeroſum expellunt: & rurſus ex his quidam capiti, quidam thoraci, ventriculo, hepati, lieni aliiſue partibus proſunt: Ita apozemata alia bilem, quædam pituitam, alia melancholicum ſuccum, alia humorem aquoſum reſpiciunt: & rurſus alia capiti, alia aliis partibus conueniunt.

At licet medicamenta, quæ humores alterant,

vel

vel ſimilitudine ſubſtantiæ purgant, id in toto corpore indifferenter præſtent: habent tamen facultates peculiares huic magis, quam illi parti proprias. e. g. Oxymel pituitam in vniuerſo corpore incidit, attenuat, detergit. At ſi betonicam incoquas, pituitam in capite rectius præparabit: Si hyſſopum vel glycyrrhizam vel tuſſilaginem, in pectore: ſi agrimoniam, hepati; ſi ſcolopendriam, lieni magis conducet: Sic de ceteris. Vt ergo rẽ totam rectius explicemus, plãtas maxime vſitatas & quæ ſingulis humoribus præparandis & alterandis conueniunt, & quæ partibus ſingulis accõdantur tanquam apozematum materiam referemus.

Pituitam itaque craſſam aliosue humores craſſos præparant rad. quinque aperientes, radix ireos, helenii, rubiæ maioris, pœoniæ, angelicæ, valerianæ, bryoniæ, ebuli, ſambuci, cyclaminis, ſquillæ, radix & folia chelidon. rad. ononid. eryngii, tamariſci, fraxini, raphani, ariſtolochiæ vtriusque, centaurii vtriusque, calami aromatici, galangæ, cyperi, pimpinellæ, dictamni albi, peucedani, gentianæ, garyophylatæ, dauci. Herbæ ſalu. maior. betonicæ, meliſſæ, ſtoechad. lauend. hyſſopi, ſcabioſ. marrub. menthæ, abſynthii, agrimon. thymi, origani, eupatorii officinar. ocimi, caſſutæ, vetonicæ, verben. arthemiſ. matricar. nepetæ, calamenth. tanaceti, chamæpyt. chamæd. aſclepiad. cardui benedict. angelicæ, ſucciſæ. roſmar. rutæ. Fructus vuæ paſſæ maiores & minores, cappares, ficus, piſtacia, nuclei pini, amygdal. Semina calida maiora quatuor, (aniſi, fœniculi, carui, cumini) & quatuor minora (dauci, ammeos, amo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

mi,apii) carthami,naſturtii, raphani, ſileris montani,pœoniæ,nigellæ Rom. pimpinellæ, ſaxifrag. milii ſolis,geniſtæ,paſtinacæ vtriusque, agni caſti, rutæ,fraxini,ocimi,hyperici, bacci lauri, iuniperi, ebuli, ſambuci. Flores Roſmar. ſaluiæ, meliſſæ, ſtoechad.anethi, lauendulæ, reyri, ſambuci, geniſtæ, ex quibus pleraque etiam ſeroſos humores euacuant: vt ex radicum numero ireos, enulæ, cyclaminis, ononis, cortex medianus ebuli, ſambuci,baccæ ebuli & hederæ. Si vero pituita tenuis, qualis initio deſtillationum à capite ad fauces decumbit,præparationem non indiget, cum facile medicamentis purgantibus obſequatur: Vbi vero ad pectus fluit, incraſſari debet, quæ etiam præparatio eſt.

Bilem tenuem ad faciliorem expulſionem præparant refrigerando ſcilicet, humectando, acrimoniam leniendo & incraſſando: Radices & folia, atriplicis, bliti: Herbæ, lactuca, violaria, portulaca, nymphea, quibus tuſſilago viridis & plures aliæ ſiccandi vi præditæ addi poſſunt: virides enim niſi admodum exiccent, ſupra ſecundum gradum in aqua decoctæ propter copiam humiditatis aquoſæ, humectandi vim aliquam habent: exiccatæ vero eam amittunt, & vehementius exiccant. Sic bardana,plantago, oxalis, ſolanum, ſemperuiuum. Fructus lenientes ac refrigerantes, pruna Damaſcena, mala dulcia, iuiubæ,ſebeſten,cerafa,mora,fraga,cucurbitę,cucumeres, melones. Semina, vt quatuor frigida maiora, ſemen pſyllii, lactucæ, endiuiæ, ſcariolæ papau.albi,hordeum mundat.Flores violar.roſar.

recentes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

recentes, papaueris. Eandem detergunt & obstructionem tollunt rad. asparagi, rusci, gram. oxalid. cichoreæ. Sic herbæ, vt genera intyborum, vt endiu. scariol. lactucæ, portulacæ, chondrillæ hieracii, densi leonis, lichenes, lupuli, fumariæ, capillares omnes. Semina frigida minora, endiu. scariolæ, lactucæ, portulacæ, cichorii. Flores cichorii, lupuli, sic & summitates asparagi. Sic eandem adstringunt in euacuationibus immodicis, radic. & fol. vtriusque plantag. verbasci, bistortæ, bursæ & virgæ pastoris, polygoni, lentisci, myrthi, Fructus, pyra & mala austera & acerba, arantia, citria, limonia, punica, mespila, corna, cydonia, sorba, ribes. Semina citri, acetos. portulacæ, papau. cydonior. myrti. Flores rosar. cytinus. Ex hac materia etsi quam plurima vim aliquam exiccandi habeant, & detergentia & adstringentia dici possint, nihilomiuus tamen bilem contemperant, si in aqua coquantur, à qua decoctum vim humectandi recipit. Præterea cum ad detergendum aut adstringendum instituantur, quorum neutrũ humectantia per se præstant, his ad bilem hærentem aut plus æquo fluentem vti cogimur.

Bilem crassam, vt est vitellina, præparant ea, quæ incidere, attenuare & aperire diximus. Præter illa etiam radices & folia verbenæ, altheæ, lapathi acuti, borraginis, buglossi. glycyrrhizæ. Inter herbas lupulus, fumaria, cherefolium, agrimonia, capillares omnes. Cortices rad. capp. tamarisci. Semina asparagi, anethi, cherefolii, vrticæ. Fructus caricæ, vuæ passæ maiores & minores. Flores borrag. buglossi, anethi. Dein etiam ea, quæ

diximus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

diximus pituitam præparare, quæ primum caloris gradum non excedunt: Raro enim solus humor in corpore peccat, & pituita magna ex parte admiscetur. Quare vtile est, ea plerunque permiscere, quæ manifesto calore aperiunt & incidunt. Ast cum omnia calida sint & sicca, vsus tempore admixtione refrigerantium & humectantium, vt cichoraceorũ & aliorum prædictorum contẽperanda sunt: quamuis & ab ipsa aqua, in qua decoquũtur, humectãdi & refrigerãndi vires acquirãt.

Humor melancholicus præparatur radicibus & foliis borrag. buglossi, corticibus, rad. capp. tamarisci, fraxini, sambuci, ebuli, radicib. polypod. quercini, oxylapathi, asparagi, enulæ; Herbis, fumaria, lingua ceruina, ceterach, lupulo, melissa, chamæd. chamæpyth. agrimon. thymo, epithymo, cuscuta, satureia, ocimo, quod in palpitatione cordis à flatu melancholico maxime fit. Floribus cordialibus, borrag. bugloss. violar. & rosar. lupuli, roris marini, meliss. fumar. summitat. tamarisci, quinetiam pomorum odoriferorum. Fructibus, vuis Damascenis & Corinthiacis, cappar. Seminibus agni casti, asparagi, borrag. bugloss. hederæ, ocimi. Ex hac simplicium sylua ea, quæ scopo conuenient, eligenda, vt si institutum fuerit, humorẽ vnum tantum præparare, à leuioribus, modo morbus det inducias, auspicabimur. Vbi vero plures humores affectum caussabunt; siue hic in venis siue in diuersis partibus sit, simplicia, quæ humorem peccantem oppugnare possint, & singulis partib. conueniant, miscere conuenit. Quare quæ singulis partibus conueniant, nosse oportet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Singulis partibus conuenientia simplicia

CApiti morbo calido laborante conuenient flores, viola, rosa nymphea, papauer. Sic radix mandrag. At his duobus calore vegeto adhuc existente tantum vtendum: lactuca, portulaca, solanum. Si vero ab humore frigido caput afficiatur, betonica, saluia, maiorana, rosmar. lauend. stoechas, pulegium, satureia, calamintha, hyssopus, lauri folia & baccæ, pœoniæ semina & radix, semen melanthii & nadus. *Cephalica.*

Pulmoni vero & thoraci à frigore affectis, radix glycyrrhizæ, vuæ passæ maiores & minores, pistacia, nuclei pini, dactyli, hyssopus, marrubium, scabiosa, tussilago, capillares omnes, helenium, radix ireos florentinæ, semen bombacis, alth. maluæ proderunt. Si à calore, vtila erunt hordeum integrum, si leniendum sit & detergendum; mundatum, si magis leniendum: iuiubæ, sebesten, psyllium, semen papaueris. *Thoractica.*

Cardiaca calida sunt, dictamnum, helenium, carduus benedictus, scabiosa, morsus diaboli, rosm. pimpinella, buglossa, borrago, benotrica altilis, doronicum. *Cardiaca.*

Stomachia frigida, quę cordi etiam accommodata, hic conueniunt, quemadmodum & mala cytonia, granata, arantia. Sic & in alui profluuio fructus omnes austeri. Calida vero præsertim aromata, amomum, cardamomum, cinnamom. galanga, macis, nux moschata, piper, cyperus, squinanthũ, calamus aromatic. mentha, absynth. *Stomachica.*

ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

maiorana, origanum, hyſſopus, thymum, aniſum, cuminum, coriandrum.

Hepatica. Hepatica calida, abſynthium, agrimonia, eupatorium, fumaria, chamædr. chamæpyth. ſemina calida maiora & minora, quæ omnibus partibus communia ſunt, quemadmodum & radices aperientes quinque. Frigida omnes cichoreæ ſpecies, lactuca, hepatica, violar. portulaca, oxalis, oxylapath. alleluia, gramen, ſemina frigida maiora & minora omnibus etiam partibus communia, oxyacantha, ſantalorum ſpecies.

Splenica. Splenica calida, epithymum, polypodium, capparis, borrago, bugloſſa, cortex interior radicum fraxini, tamariſci, cappar. ſambuci, ſic etiam lingua ceruina, ceterach, chamæd. chamæpyth. fumaria, lupulus, cichor. ruta, aſarum, cyclamen, rubia tinctorum, ſemen agni caſti. Frigida, violaria, borrago, bugloſſa, mala redolentia, adianthum, aſplenicum.

Nephritica. Nephritica calida, quæ arenulis expurgandis, pituitoſam materiam renibus aut viis vrinariis impactam detergendo conueniunt; ſunt rad. quinque aperientes, lappæ maioris, anonis, ireos, eryngii, graminis, cyperi, aſari, valerianæ, calami odorati, ſic folia adianthi, betonicæ, berulæ, braſſicæ marinæ, herniariæ, naſturtii, ſaxifragiæ; cortex radic. cappar. Semina calida maiora & minora, geniſtæ, lappæ maior. milii ſolis, ſeſeli, dauci, petroſelini, apii. Fructus item, piſtacia, nuclei pini, baccæ lauri & iuniperi, grana alkekengi, flores geniſtæ, calendulæ. Sed in calculoſis aut arenoſis renibus ſolis calidis vtendum

dum non est; sed frigida etiam conuenientia permiscenda sunt, ne renum calor augeatur; sicque excrementa ad ipsos deducantur. Frigida, quæ renum & vrinæ ardori renibusque exulceratis detergendis conueniunt, sunt plantago vtraque, oxalis, portulaca, nymphea, parietaria, lactuca, cichorium: semina frigida maiora & minora, hordeum, semen papau. lactucæ, portulacæ. Fructus, iuiubæ, sebesten, fraga, flores violar. rosarum, nenupharis.

Hysterica seu vterum respicientia sunt rad. aperientes, aristolochiæ vtriusque, rubiæ maioris, gentianæ, pœoniæ, valerianæ, angelicæ, galangæ, asari, dictamni albi. Herbæ vero hyssopus, athemisia, matricaria, calamentha, pulegium, serpillum, origanum, nepeta, melissa, tanacetum, ruta, sabina, costus. Semina calida maiora & minora, pœoniæ, seseleos, genistæ flores, genistæ, calendulæ, hyssopi, quæ omnia mensibus suppressis mouendis, intemperiei frigidæ & humidæ corrigendæ conueniunt. Frigida vero sistendis mensibus accommodata inter radices, plantago vtraque, bistorta, tormentilla, symphytum maius. Herbæ, plantago vtraque, portulaca, lactuca, semperuiuum vtrumque, vrtica mortua flore albo, polygonum, virga & bursa pastoris. Semina portulacæ, plantag. myrthi, papau. albi, rosar. flor. maluæ arborescentis. Ex enarratis simplicibus aquæ stillatitiæ eliciuntur, iisdem affectibus vtiles, syrupi componuntur, decocta parantur, quibus medicamenta purgantia infundunrur, aut syrupi dissoluuntur. *Hysterica.*

Enar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Enarrata simplicium sylua, in quo liquore eadem sint decoquenda, explicandum est. Aqua igitur vtplurimum eligitur. Cum enim insipida sit, omnium vires optime admittit. Quod si vero magis sit refrigerandum, serum lactis caprini sumatur, quod per se intemperiem calidam & ventriculi & viscerum corrigere potest. Sin vero incidendum, attenuandum, detergendum, & febris non adsit, vel saltem febris lenta, hydromeliti incoquuntur, & radices duæ, tres, quatuor vel quinque diuersæ, pari pondere sumuntur, herbarum totidem manipuli, semina item, flores & fructus. Sed radices pondere æstimantur, herbæ vero manipulis, flores pugillis, fructus numero, semina pondere rerum siccarum, pro apozematis quantitate æstimanda. Exempli gratia: Ad tres doses decocti radic. duarum aut trium satis erit singularum ℥ ß. sumere. Vbi vero multarum & plurium radic. penuria fuerit, aliorum ingredientium maior quantitas esse debet. Eadem ratio est herbarum, seminum & aliarum rerum, ita tamen, vt si radices sint arefactæ, cum efficaciores sint viridibus, minor earum sit quantitas. Contra cum virides, multo adhuc liquore scateant, minusque afficaces sint, harum quantitas augenda.

Aquæ autem aut liquoris, in quo incoquuntur, quantitas, etsi communiter periti Pharmacopœi arbitrio relinquatur, tamen Medicum scire conuenit, in materia calida & acriuscula sextuplam aut octuplam, in recenti quadruplam aut sextuplam esse debere. Exempli gratia. Si pro ℥ iiij. tam radic. quam folior. & reliquor. iubeas fieri coctionem

nem ad quatuor dofes, aut tres ad fummum, in ij. ℔. aquæ decoctio fiat ad mediæ partis abfumptionem. Sic vbi maiore apertione opus eft, vt in hepatis & lienis obftructionibus, quo melius humores craffi & vifcidi incidantur, & medicamenta citius penetrent, radices horis quinque vel fex in aceto macerentur: abftinendum tamen, vbi ventriculus infirmior, exquifitiore ve fenfu præditus, cum ab aceto, quemadmodum etiam vterus, lædatur. Nonnunquam etiam ad ingentem febris ardorem extinguendum non folum radices in aceto macerantur, fed etiam fub finem decoctionis aceti ℥ i. affunditur decocto faccharum aut mel, aut fyrupi conuenientes mifcentur. Sacchari pondus erit ab ℥ ß. ad ℥. vi. pro ℥ iij. aut iiij. decocti, vt fi ad tres dofes apozema inftituas, facchari vel mellis ℥ iij. mifcebis: Syrupi vero & morbo & parti affectæ accommodati dofis ℥ i. vel ℥ i. ß. pro qualibet dofi. Aliquando ad gratiam ipfum apozema cum albumine oui clarificatur, licet turbidum & colatum efficacius fit. Plerunq; etiam apozemata, fi febris non prohibeat, aromatibus, præferrim nuce mofchata aut cinnamomo, in gratiam ventriculi condiuntur, feu vt loquuntur, aromatifantur, fumendo ʒ j. vel ʒ i. ß. pro libra vna apozematis. Aliquando conditur fantalo, vbi profluuium alui. Interdum puluere alicuius electuarii, vt diarhodi abbatis, diatriafantalon. Aliquando radice ireos florent. vt in affectibus pectoris, condiuntur. Exempla fubiiciamus.

Ad pituitam citra febrim:

℞. Rad. fœniculi, asparagi, petroselini, enulæ, sem. carthami, an. ℥ vj.
herbarum agrimon. hyssopi. pulegii, origani, calamenth. an. m. i.
ficuum concisarum numero iiij.
sem. seseleos, fœniculi, dauci, anisi, an. ℥ ij.
liquir. rasæ passular. mundat. an. ℥. ß.
flor. saluiæ, rorismar. an. p. i. coq. ad ℔. i. dissolue.
in colatura syrupi de hyssopo, de stoechade, oxymel. simpl. an. ℥ i.
f. apozema, quod clarificatum aromatizetur cum speciebus aromatici ros. vel cinnamomi. ℥ i.

Quod si vero pituita magis incidenda sit, prædictis adduntur radices pœoniæ, galangæ & similes, & in hydromelite decoquuntur. Si vero adsit febris quotidiana, abstinendum quibuscunque calefacientibus & siccantibus, quæ medium secundi gradus superant, & nonnulla refrigerantia permiscenda.

Ad bilem in iecoris obstructione citra febrim præparandam:

℞. Rad. quinque aperitiuar. in aceto horis quatuor macerat. rad. oxylapath. an. ℥ ß.
cichorii totius, endiu. agrimon. chamædr. an. m. j.
sem. endiu. cucumer. melon. fœnicul. an. ℥ ij.
flor. cordial. an. p. i.
f. decoctio in ℔. ij. aquæ ad mediæ partis absumptionem.
in colatura dissolue syrup. de cichor.

syrup.

syrup. acetosi simpl. syrupi byzantii an. ℥ i. ß. vel ij.
f. apozema cum albuminibus ouorum clarificatum & cinnamomo aromatizatū.

Ad bilem vero venas mesaraicas, iecoris, aliasve obstruentem, præsente febre, tale parabitur.

℞. Rad. asparagi, gramin. cichor. an. ℥. ß.
herbar. endiu. lactuc. agrim. acetosæ an. m. j.
sem. cucumeris, cucurbitæ, citrulli, endiu. acetos. fœniculi an. ℥ ij.
flor. cordial. an. p. j.
f. decoctio in s. q. aquæ ad ℔. j.
In colatura dissolue sacchari Maderensis vel canarii ℥ iij.
f. apozema, quod clarificatum, aromatizetur cum puluere triasantalon ʒ ß. pro quatuor dosibus. Potest etiam ad finem decoctionis infundi aceti ℥ j.
vel, si malis, syrupos, quam saccharum miscere, tum in ℔. j. colaturæ dissolui poterit syrupi acetosi simpl. de cichor. simp. cum syrupo de limonibus an. ℥ j. ß. f. apozema.

Ad bilem tenuem incrassandam.

℞. Rad. oxylapathi, cichorii totius an. ℥ ß.
iuiubar. sebesten. an. numero vj.
pulpæ tamarindorum ℥. ß.
herbar. lactucæ, endiu. portulac. an. m. j.
sem. frigidor. maior. papau. albi, fœniculi an. ʒ. j. ß.
flor. violar. nenuphar. rosar. rubear. an. p. j.

f.decoctio ad quartaria iij.
in colatura dissolue syrupi granat. cydonior. vel portulaca,an. ℥ i.ß.
f.apozema, quod clarificetur & aromatisetur cum santalo citrino.

Si vero maiori adstrictione opus sit, ipsi decocto post radices myrobolanorum citrinorum ℥ iij. addi possunt.

Ad succum melancholicum, citra tamen lienis obstructionem:

℞. *Radic.polypod.quercini, cichorii & bluglossi totius,an.* ℥ ß.
asparagi, graminis an. ℥. vi.
herbarum fumar. summitatum lupuli, tamarisci, chamædr. scolopend.an.m. j.
sem.endiu.coriandri præpar.an. ℥.ii.
*flor.cordial.genistæ,an p.*i. *coq.ad* ℔ j.
in colatura dissolue syrupi de fumaria, de lupulo & acetos.simplic.an. ℥ i.
f. apozema, quod clarificatum aromatizetur cum cinnamomo pro quatuor dosibus.

Quod si lienis obstructio adsit, ad prædicta addere licebit cortic. radic. cappar. fraxini, tamarisci, herbas capillares, præcipue ipsum ceterach cum melissa, semina fœniculi, petroselini; addentur syrupi quinetiam, vt de cichorea composit. sine rhabarbaro; syrupus de duab. vel quinque radicib. syrupus byzantinus. Aduertendum tamen, longiore opus esse tempore & pluribus apozematibus ad melancholici humoris, vt qui terrenus sit & fœculentus, præparationem: & si purgantia misceantur, mitioribus vtendum, cum à fortioribus humor hic exacerbetur.

Iam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Iam vero quemadmodum apozematum præparantium frequens vsus est, sic etiam & purgantes in vsum veniunt, qui non alia ratione, quam prædicta, conficiantur, nisi quod folia sennæ, agaricus &c. decocto infundantur. Fructus vero aluum emollientes ad pituitam quidem passulæ, ficus: ad bilem vero pruna, sebesten, tamarindi, incoquuntur. Syrupi etiam in colatura dissoluuntur ex rosis pallid. syrup. de cichorea composit. cum rhabarbaro, syrup. de epithymo laxat. vt ad pituitam purgandam:

℞. *Prædicti apozematis* ℔.j.
infunde fol. sennæ mundator. ℥.j.
agarici ℥.ß.
f. ebullitio & expreßio, in qua dißolue syrupi rosat. laxat. ℥ iij.
f. apozema pro trib. dosib.

exhibeatur alternis diebus, si ægri robur permittat, sin minus, tertio quoque die, mane horis tribus ante cibum, nisi morbi motus vel accessio impediat, tum intermedio duarum accessionum tempore fieri debet, & ad minus horis quatuor à cibo.

Ad bilem vero in ℔. ß. decocti præscripti infundes fol. sennæ ℥ j. exhibeantur tertio quoque die.

Si pituita bili permixta, syrupi rosſ. pall. vel syrup. rosat. composit. cum rhabarbaro ℥ ij. vel iij. addentur. Apozemata singulis partibus conuenientia ex his, quæ caussam morbi, & morbum oppugnent, & ipsius partis affectæ rationem habeant, conficienda sunt, vt si humor crassus pul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

monem obstruat, vel citra febrim vel ea tenui existente, parari poterit in hunc modum:

℞. *Rad. enulæ, vngulæ caball. cichor. totius, an.* ℥ ß.
folior. tußilag. scabios. adianthi, summitatum marrubii, hyssopi, an. m. i.
ficuum, dactylor. concis. numero ii. *vel* iii.
passular. mundatar. vel corinthiacar. ℥ ß.
sem. alth. bombacis, melon. an. ℥ ii.
radic. liquirit. rasæ ℥. ß.
flor. cordial. an. p. i.
coq. in suff. q. aq. ad ℔. i.
In colatura dissolue syrupi capillor. Veneris, de liquiritia vel etiã de hyssopo, vel de tussilag. vel de scabiosa vel de praßio an. ℥ ii.
f. apozema, quod clarificetur & cum ℈ ii. *rad. ireos florentinæ aromatizetur.*

Sic ad detergendos renes & expurgandas arenulas, præmissa tamen diligenti totius corporis euacuatione, parabitur hoc pacto:

℞. *Rad. aperitiuar. an.* ℥. ß.
rad. lapathi maioris, restæ bouis, altheæ an. ℥ ii.
folior. betonicæ, endiu. capillor. Veneris, saxifragiæ, an. m. i.
seminum frigid. maior. fœniculi, genistæ, milii solis an. ℥ i.
liquirit. rasæ, ℥ ii.
cicer. rubeor. ℥. ß.
flor. violar. buglosßi an. p. i.
coq. ad ℔. i.
in colatura dissolue syrupi capillor. Veneris,
de al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

de althea, de limonibus an. ℥ i. ß.
f. apozema clarum, aromatizetur cū ʒ ß.
pulueris electuarii Ducis.

Verum hæc decocta exhibenda non sunt, nisi vreteribus dilatatis cataplasmatis, semicupiis, fomẽtis, inunctionibus cum oleo scorpionum, ne calculi vel arenæ in vreteribus subsistant. Exhibentur autẽ hæc apozemata, dum æger in semicupio erit.

Solemus etiam horum apozematum loco potiones exhibere ex vini albi ℥ ii. succi limonum ℥ ß. succi amygdalar. dulciũ ℥ j. vel aquis destillat. vt:

℞. *Aquæ parietariæ, agrimoniæ, ononidis, vel saxifragiæ, vel rutæ murariæ, an.* ℥ i. ß.
syrupi de raphano ℥ i.
pulueris lapillor. cancri, nucleor. persicor. vel iunip. an. ℈ i. *f. potus.*

Vbi vero renes nimium incaluere, vrinæ ardor adsit, vel renes & viæ vrinariæ exulcerati sunt, à diureticis eiusmodi abstinendum, & apozemate leniente vtendum, quale est:

℞. *Hordei integri, m.* ß.
sebester. ficus, an. numero x.
folia maluæ, altheæ, endiu. portulacæ, sem. papau. alb. an. ℥ i. ß.
flor. violarum nenupharis an. p. ii.
coq. ad quartaria iii.
In colatura dissolue sacchari rosati, tabulat. diatragacanthi frigidi an. ℥ i.
fiat apozema clar. pro tribus dosibus

Potissimum autem in his affectibus emulsionibus, de quibus infra, vtimur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Ad suppressos menses à bile crassa & pituita;

℞. *Radic. quinque aperitiuar. an.* ℥. ß.
radic. aristoloch. rotund. veræ, rubiæ maioris an. ℥ iij.
cichor. totius, herbar. agrim. hyssopi, calaminthæ, origani, nepetæ, satureiæ, vel artemisiæ, an. m. ß.
sem. fœnicul. sesel. pæoniæ & eius rad. an. ℥ i. ß.
flor. calend. p. ii.
coq. in hydromeliti ad ℔. i.
in colatura dissolue syrupi de hyssopo, de artemis. an. ℥ i.
f. apozema clarum & cum cinnam. ℨ. ß. *aromatisetur.*

Exhibentur autem hæc apozemata, cum tempus menstruorum instat: aliis enim temporibus frustra exhibentur.

Quæ apozemata omnia calida exhiberi debēt, & ab omnibus apozematibus in genere abstinendum, nisi prius corpus blando medicamento purgatum fuerit: exhiberi autem debent mane præsertim. Aliquando etiam vesperi tribus horis ante cibum, nisi motus morbi & accessionis febrilis principium prohibeat. In vigore enim accessionis, aut declinatione ad sudores iuuandos & vrinas promouendas vtiliter exhiberi possunt.

De potionibus purgantibus.

CAP. XXII.

CVm in morborum acutorum principiis, humoribus ipsis turgentibus & suffocationem mini-

minitantibus, etiam citra præparationem, præmiſſo tamen clyſtere, euacuandi ſint. Purgatio autē fiat vel potionibus, vel pilulis, vel bolis, vel tabellis, vel pulueribus. Potiones primo explicabimus.

Fiunt autem ex liquore aliquo, vt decocto, vel aqua ſtillatitia, vel ſucco aliquo, & morbo & parti affectæ conueniente, infuſis quibusdam purgātibus, vel integris, vt ſenna, rhabarbaro &c. vel eorundem pulueribus, vel etiam compoſitis in iis diſſolutis, vt diacarthamo, diacatholic. de ſucco roſarum & id genus, vel ſyrupis purgantibus. Verum cum purgantium alia bilem, alia pituitam, alia melancholiam, alia aquas: Alia, quæ duos aut plures, aut omnes humores expurgent: vnde phlegmagoga cholagoga, melanagoga ac hydragoga dicuntur, idcirco quænam ſingulis humoribus conueniant, oſtendemus.

Pituitam educentia.

Pituitam ducunt catharctica, Agaricus in infuſione à ℨ j. ad ℨ ij. corrigente aliquo addito. Quemadmodum enim rhabarbari corrigens eſt ſpica ad gr. vi. vel ℈ ß. ſic agarici, zingiberis ℨ. ß.

Mechoaca in infantibus à ℨ ß. ad ℈ ij. in adultioribus à ℨ i. ad ℨ i. ß. addito corrigente vel in puluere, & omnium optime, vel cum liquore aliquo. In infuſione vero ad ℨ ii. exhibetur; quamuis etiam mixta cum pane amygdalino, ſiquidem ἄποιος delicatulis exhiberi poteſt. Hæc etiam ſeroſos humores educit. Eligendum autem albiſſimum, quemadmodum agaricum albiſſimum & leuiſſimū.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Turpethum album & gummoſum eligitur, morbis frigidis & diuturnis conueniens, quod lenioribus permiſcetur, & cum ventriculum ſubuertat, corpus perturbet, robuſtis tãtum cõuenit; Corrigitur addito zingibere, maſtyche, ſucco amygdal. dulcium, ſaccharo. Exhibetur autem in decocto, vel infuſo per ſe quidem à ʒ i. ad ʒ ii.

Hermodactylus à iuncturis pituitam trahit. Verum per ſe nihil fere purgat. Quare admixtione vehementiorum acuitur, & cum flatus generet, ventriculum lædat, cumino, aniſo, cinnamomo, ſpica, zingibere corrigitur. Datur puluis per ſe ad ʒ i. decoctum ad duas.

Coloquinthis vehementiſſima eſt, quæ non tantum pituitam, ſed & bilem vtramque & ſerum vehementer conturbando expurgat. Quare tantũ ætate florentibus conuenit. Vix per ſe exhibetur, ſed puluis eius præparatus à ℈ j. ad ʒ. ß. liquori conuenienti infunditur, deinde colatur & exhibetur. Et ex ea ſubtiliſſime trita & ſucco amygdal. dulc. diluto cum tragacanth. & maſtyche trochiſci fiunt vulgo Alhandal dicti. Plerumq; puluis iuſculo aliquo pingui, vel liquore alio conueniente infuſus exhibetur.

Compoſita vero phlegmagoga ſunt diacarthamum, diaphenicum, catholic. electuarium de citro, electuar. Indum maius, benedict. laxatiu. quæ tamen non facile per os exhibetur. Hiera cum agarico, hiera diacoloquinthid. & quæcunque cõpoſitiones agaricum, turpethum & coloquinthidem recipiunt.

Ad pituitam citra febrim purgandam:

℞. rad.

℞. *Rad. apii, fœnic. enulæ, sem. carthami an.* ℥ ii.
folior. beton. hyssopi, maioran. an. p. i.
sem. anisi, fœnic. an. ℥ i.
f. decoctio pro dosi, colaturæ seorsim infunde agarici trochisci ℥ i. ß.
(Rhabarbari electi aliqui ℈ iii. etiam addunt) *fiat leuis feruefactio.*
In expreßione dissolue catholici ℥ v.
diaphenici ℥ i. ß. *pro potu.*

Quod si pituita crassa fuerit, vt in febre quotidiana:

℞. *Rad. petroselin. apii, fœnic. sem. carthami an.* ℥ iii.
cichorii totius, summitatum hyssopi, calamenthi, an. p. i.
sem. fœniculi, coriandri præpar. endiu. an. ℥ ß.
flor. cordialium an. p. i.
decocto colato infunde agarici recent. trochiscati, rhabarbari electi. an ℥ i.
vel fol. senæ. ℥ iii.
ebulliant parum, dein exprimantur.
dissolue syrupi rosar. pallid. ℥ i.
vel loco syrupi, diacarthami ℥ i.

(varia diacarthami compositio: secundum enim officinarum nostrarum compositionem ℥ i. ß. sufficiunt, Cordi autem ℥ ß.)

Notandum hic, agaricum cum flatulentum & nauseabundum sit, eius dilutum non est exprimendum, sed colandum. Quod si etiam turpetho vti velis, tunc:

℞. *Radic. petros. asparagi, gramin. an.* ℥ iii.

turpethi

cichorii totius, betonic. calamenth. maioran, an p. j. &c. vt ſupra.

Si vero turpethum in coquere nolis, tunc in colatura infunde agarici recens trochiſcati, turpethi electi an. ʒ j. cum zingiberis & maſticis ſingular. ℈. ß.

Potiores vero, quæ ſine decoctione conficiuntur, parantur vel ex diacarthami, ſecundum communem compoſitionem, vel diaphenici ʒ. ß. cum ſyrupi roſarum pallidar. ʒ j. quæ diſſoluuntur in aqua conuenienti, vt betonicæ, maioranæ, ſcabioſæ, vel hoc modo:

℞. *Catholici & diacarthami an. ʒ. ß.*
diſſolue in decocto liquiritiæ: minima potiuncula vero in humore pituitoſo euacuando confici poteſt ex diacarthami noſtri ʒ ii.
diſſolue in ʒ. ß.
vel aq. conuenientis addito ℈ i.
aq. ſtillatitiæ cinnamomi, vel in vino.

Hiera diacoloquinth. denique vix per os exhibetur, niſi in frigidis grauioribus capitis affectibus, in parua tamen quantitate cum aliis exhibitur, vt ſi ℈ ij. ad ſummum ʒ i. aliis medicamentis commiſceas.

Bilem educentia.

SImplicia bilem educentia, ſunt medulla caſſiæ à ʒ ii. in infantibus ad ʒ i. ß. quæ tamen & pituitam purgat; vtilis affectibus thoracis; pulmonum, æſtuanti ventriculo & hepati, renibus, veſicæ, tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

cæ, tempore calidiori. Exhibetur autem plerunquæ forma boli, aliquando diluitur cum liquore aliquo, ſi quis facile deglutire non poſſit: quod ſi miſceatur cũ catholico, facilius diluetur: vt in hypochondriaca melancholia, ventriculo calidiore:

℞. Caßiæ recent. extractæ, catholicon. an. ℥.ß.
ſyrupi violati ℥ j.
vel ſyrupum in ℥.ii.
aq. bugloß. diſſolue.

Manna quinetiam ab ℥.ß. ad ℥. ij. in iuſculo gallinæ vel decocto hordei exhibetur, hora vna ante cibum. Sic ſyrupus roſar. pallid. ad ℥ iij. in liquore conuenienti exhibetur; qui præter bilem etiam aquas ducit, obſtructiones hepatis, venarum meſaraicarum aperit, hydropi inchoanti febribus lentis prodeſt: at prægnantibus cum tormina excitet, ora vaſorum recludat, exhiberi non debet.

Syrupus de cichorea cum Rhabarbaro ab ℥ j. ad ii, & plures. Hæc blanda ſunt, & morborum initiis ad ventriculi impuritatem tollendam, exhibentur.

Rhabarbarũ alui profluuiis, ſanguini vndiquaque erumpenti, vomitionibus etiam accommodatur. Sic & iis, qui ex alto lapſi ſunt vel contuſi, quibus puluerizatum propinatur. Eius puluis à ʒ.ß. ad ʒ j.ß. exhibetur. Infuſum vero à ℈ j. infantibus ad ℈ iij. qua doſi etiam prægnantibus exhiberi poteſt, addita ℥ j ſyrupi, de cichorea cum rhabarb. Sunt qui ʒ j. maſticare & ſuccum elicitum deglutire in affectibus hydropicis ſoleant.

Aloe à ʒ j.ß. ad ʒ ii.ß. cum hiera tam ſimpl. quam compoſita commixta exhibetur.

Scam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Scammonium, quod aquas educit, & humores sibi familiares statim propellit correctum, diagrydii nomine vel per se à gr. vj. ad vij. vel cum conserua aliqua, vt rosac. violacea, buglossi, exhibetur.

Sic etiam composita habentur, vt diaprunium tam simplex, quam solutiuum dictum, quod à ℨ ii. ad ℥. ß. Electuariũ de succo rosar. à ℨ iii. ad ℨ v. vel vj. ad summum. Electuarium de psyllio, lenitiuum, catholic. Sic diaphenicum, confectio hamech, & ceteræ confectiones, quæcunque scammonium recipiunt, bilem purgant.

Melanagoga.

Atram bilem ducit senna, quamuis etiam bilem retorridam & vitellinam, pituitam etiam crassam expurget: præcipue humoribus in hypochondriis & visceribus hærentibus. Ad obstructionem enim viscerum & mesenterii inueteratas maxime fieri debet. Pueris, senibus optimum remedium, grauidis non inimicum. Alii folliculos, alii folia commendant. Probamus folia, quæ in puluerem redacta à ℥. ß. ad ℨ ii. in iusculo aut liquore aliquo exhiberi possunt. Decoctum vero à ℨ ii. ad vj. Notandum tamen, sennam longam coctionem non ferre, rectius siquidem hoc pacto exhibetur, si ℨ vi. vel ℥. ß. infundas, vel sero lactis, vel aquæ alicui conueniente, vel vino albo, additis corrigentibus, cum medicamentum sit & flatus & tormina excitans, cinnamomo vel aniso vel fœniculo ad ℨ i. & tantundem zingiberis. stent

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

per noctem loco calido. Mane leui facta ebullione, colatura exhibeatur; puerperis hoc pacto exhiberi potest, si ℥ ii. foliorum cum ʒ. ß. sem. anisi in nodulum ligentur, & leuiter in iusculo bulliant, vel si cum prunis Damascenis dulcibus iam decoctis leuiter bulliant; saccharum ipsi iusculo addatur, pro purgante exhiberi potest: quo diutius enim coquitur, minus purgat, sed tormina non facit; minus cocta, liberalius purgat.

Polypodium quercinum ab ʒ. ß. ad ℥ i. si decoquatur in iusculo, blande humorem melancholicum euacuabit. Hellebori vsus antiquis familiarissimus, nunc vero præsertim albus raro in vsum venit, propter incommoda, quæ adferre solet, ab Hipp. enumerata. In diuturnis & contumacibus morbis, summa tamen cum cautione, vsurpari debet, præsertim in robustis, & morbis à melancholia ortis, ita tamen, vt corpus prius sit recte præparatum, monente Hippocrate. Exhibetur autem hellebori nigri rad. contusæ puluis ad ʒ j. in iusculo vel vino, vel hydromelite, vel alio conuenienti decocto. Tutius tamen exhibetur, si maceretur, quam si eius substantia exhibeatur. Plerumque incoquitur decocto cum reliqua meteria. Composita melancholiam ducentia sunt, confectio hamech, catholicum, diaphenicum, hieralogad. hiera Pacchi. potest etiam fieri potiuncula hoc modo: 4. *aphorism.*

℞. *Polypod. quercini, buglossæ totius, cortic. rad. cappar. vel tamarisci, vel fraxini, passular. mundat. an.* ʒ iij.
prunor. damascen. numero iiii,

summi-

ſummitati lupuli, fumariæ, thymi, epithymi vel cuſcutæ an.p.i.
ſem.aniſi,fœnicul.endiu.an. ℈ i.
flor.cordial.an.p.i.
f.decoctio. Infunde folior.ſennæ mundator. ℥.ß.
f.leuis ebullitio & expreßio,in qua diſſolue catholici, confectionis hamech an. ℥.ii.
f.hauſtus pro vna doſi.

Ad humorem contumacem:

℞. *Rad.polypod.quercini,cichorii totius, paſſular. mundat. an.* ℥ iii.
radicis hellebori nigri ℥. ß.
betonicæ,fumariæ,bugloſſæ,ceterach an.p.j.
ſem.coriand præpar.fœniculi an.℥.ß.
flor. cordialium p j.
fiat decoctio in conueniente aqua.

Si vero & hepatis ratio habenda eſt, tunc & rhabarbarum addi poterit. Sic pauperibus catholicō cum foliis ſennæ, vel cum confectione hamech, vel etiam polypodii quercini ſolius cum ſeminibus fœniculi vſus eſſe poteſt. Exemplum:

℞. *Catholici* ℥ i.
confect. Hamech ℥ ii.
diſſolue in ptiſana additis ℈ iiii. *aut* ℥ i. ß. *pulueris ſennæ.*

Vel

℞. *Rad.polypod. quercin.*℥ i.
ſem.aniſi vel fœniculi ℥ ii.
decoque in iuſculo , exhibeatur pauperi.

Diuitibus ſyrupus de epithymo, ſyrupus Sabor Regis diſſoluti in decocto foliorum ſennæ propinari poteſt.

Hydra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Hydragoga

Medicamenta aquas ducentia, Hydragoga dicta, & quidem simplicia sunt, radix ireos, eaque in puluerem trita à ʒ i. ad ʒ ii. cum iusculo vel decocto rad. enulæ vel brassiæ marinæ; Vel eadem radix dissecta in taleolas vino albo, vel oxymeliti simpl. vel decocto ex radicibus aperientibus confecto infunditur, & decocti ab ℥ ß. ad ℥ j.ß. exhibetur; Vel ex radice succus elicitur, cuius dosis à ʒ i. ad ʒ ii. in liquore conueniente, addita nuce moschata aut cinnamomo, aut spica nardi, aut pulueris triasantali.

Cortex medius sambuci, eiusdem etiam baccæ idem præstant, minore tamen efficacia. Sic ebuli baccæ à ʒ j. ad iii. in liquore dissolutæ additis corrigentibus propinantur.

Sic est radix Asclepiadis cum radice asari. Fortior autem est radix cucumeris agrestis, quæ trita à ℈ i. ad ℈ ii. in oxymelite infunditur, colatur & exhibetur. Elatorium etiam, id est, succus ex fructu cucumeris agrestis à ℈ j. ad ii. Brassicæ item marinæ decoctum à ʒ i. ad ℥ ß. Huc referri potest ricinus vterque siue cataputia maior & minor, à gr. v. ad vii. ex decocto fœniculi, nucis mosch. cinnamomi, passular. quod saccharo dulcorari debet. Plura dantur hydragoga, quæ cum magnopere corpus perturbent, partes exulcerent, & vasorum osculis reseratis sanguinem eliciant, minus tuto exhibentur, vt est esula, tythymali species, chamælea, thymælea, quibus periculosius euphorbium, quod & ipsum corpus inflammat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Præstantissimum autem erit ad aquas ducendas: Radix mechoacæ pulu. à ʒ. ß. ad ʒ ij. in vino albo exhibeatur vel decoctis, & infusionibus addatur.

Composita sunt syrupus de rhamno, syrup. ex floribus persicorum: Sic etiam syrup. rosar. pallid. laxatiuus, diacarthamum: Vel

℞. *Rad. ireos nostratis, enulæ, valerianæ, vel asari an.* ʒ ij.
summitatũ agrimon. chamædr. eupator. an. p. j.
sem. dauci, anisi, cumini, an. ʒ. ß.
flor. genistæ, bugloss. an. p. j.
coq. in colatura infunde rhabarb. electi ʒ ij.
cinnamomi ʒ. ß.
in expreßione dissolue syrupi rosar. laxatiuar. ℥ j. ß.
f. haustus.

Efficacior erit, si granor. ebuli ℈ ii. addideris.

Pro pauperibus:

℞. *Rad. ireos nostratis, asari an.* ʒ iij.
cortic. medii sambuci p. i.
sem. cumini ʒ ij.
f. decoctio & expreßio dissolue syrupi de rhamno ℥ i. ß.

vel si mauis:

℞. *Syrupi de rhamno* ℥ ii.
dissolue in aqua fœniculi ℥ i.

De vomitoriis.

Cap. XXIII.

Vomitoria vel euacuationis, vel reuulsionis grati-

gratia præſcribuntur. Euacuationis, ſi in ventriculo humores contineantur, qui vel in ventrilo alimenti vitio geniti ſunt, vel in ipſum ex aliis partibus confluxere. Reuulſionis gratia vtimur in affectibus articulorum inferiorum, vt dolore iſchiadico, podagrico. Renum item & aliarum inferiorum partium affectibus. Obſunt autem partibus ſuperioribus, vt capiti, oculis, ſi ex conſenſu ventriculi non afficiantur. Pulmoni & thoraci non conueniunt propter periculum ruptionis alicuius vaſis. Commode etiam in principio acceſſionis febrium putridarum vſurpantur. Proſunt quinetiam ad epota venena educenda, vbi purgantia, cum ſecum vim deleteriam per corpus vehant, minime conueniunt. At poſt fungorum venenatorum, qui ſtrangulando nocent, eſum, non vomitoria, ſed purgantia proſunt.

Veteres frequenter vomitoria, maxime in diuturnis & contumacibus affectibus, exhibebant, vomitorio ex helleboro albo confecto. Solebant enim ſingulis menſibus ſemel vel bis vel ſæpius etiam vomitoria ſumere. Sunt autem vomitoria diuerſa: Alia enim laxando, os ventriculi ſiniſtrum, quod ſuperius vulgo vocant, vomitum excitant, cuiuſmodi ſunt oleoſa & pinguia: quare communiſſimum eſt, ad imitationem Galeni a, hydræleum, id eſt, aqua tepida cum oleo ebibita. Alia humores incidunt, attenuant, detergunt, vt eſt oxymel, ſyrupus acetoſus. Alia humores ad ſuperiores ventriculi partes attrahunt, vt eſt hellobori albi radix: Sed non niſi in robuſto corpore helleborus,

& is quidem bene præparatus, exhibendus, monente Hippocrate *b*, cuius fibræ à ℈ i. ad ℈ ii. macerātur, & in iuſculo pingui carnium coquuntur, vel cum oleo, butyro & aniſo, vel in decocto lenienti cum cinnamomo & aniſo, vel etiam in vino dulci. Deinde expreſſum colatum cum ℥ ii. ſacchari propinatur. Vel fibræ pomo alicui infiguntur. Parum coquitur, coctum, ſublatis tamen fibris, deuoratur. Sic etiam raphani radicis ſuccus ad ℥ ii. cum affuſione hydromelitis vel oxymelitis ſimplicis ad ℥ iiii. vel ʒ iii. ſeminis triti cum mulſa, vel decocto lenienti vel pingui incoquitur & exhibetur.

b 4. *Aphoris.*

Aſari folia viridia quinque vel octo teruntur, cum hydromelite exhibentur, vel ʒ ß. ſeminis eius vel radicis. Exhibetur etiam iulorum nucum in furno exiccatorum, in puluerem comminutorum à ʒ ß. ad ʒ i. cum vino albo.

Aliqui aquam ex nucibus viridibus cum oleo; Vel hoc pacto:

℞. *ſemin. atripl.* ʒ ß.
ſem. anethi. ʒ i.
rad. raphani ℥ j.
decoque in aqua, decocti colati ℥ iii.
commiſceantur cum ℥ i.
aquæ nucum viridium, & tantundem olei exhibeantur.

Vel.

℞. *ſemin. atiplicis,* ʒ ß.
rad. raphani in taleolas inciſæ ℥ i.
decoquantur in hydromelite, colentur. Colaturæ ℔. *ß. tepida propinetur.*

Vel.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Vel.

℞. *Rad. raphani, sem. atripl. an.* ℥ ß.
rad. asari ℥ i.
decoque in oxymelite simp. colaturæ tepidæ ℔. ß. *datur.*

Sic decocto deficiente:

℞. *Oxymel. simpl. syrupi acetos. simpl. an.* ℥ ii.
aquæ tepidæ ℥ iiii. *bibatur.*

In affectibus soporosis & paroxysmis epilepticis ex vitio ventriculi caussatis hiera simplex cum aqua tepida propinetur. Sed notare cõuenit semper, vomitoria tepida esse exhibenda, & si non statim succedat, tum vel penna oleo intincta, vel digito faucibus immisso, titillando, vomitum accelerare oportere, & si vires concedant, consilio Hippoc. *c* corpus mouere. Vomitorio reiecto iuscula pinguia exhibenda, vẽtriculus etiam fouendus, corroborandus. c 4. *Aphorism.* 2.

De vinis medicatis & purgantibus.

Cap. XXIIII.

ETsi veteres iucundas, simulq; vtiles potiones ex vino iniectis aromatibus confecerint, à quibus aliquando etiam appellationes accepere, quæ vina factitia Tralliano dicta, de quibus Dioscorides *a*, Plinius *b*, & Myrepsius *c*, qui pro affectuum diuersitate plura proposuit & propomata vocauit; quamuis proprie propomata Græcis fuerint dulces prælibationes ex vino & melle apparatæ, Aetio *d* teste, quas in antecœnio voluptatis gra-

a *lib.* 5.
b *lib.* 14. *c* 16.
c *de comp. medic. sect.* 38.
d *detrab.* 3. *serm.* 1. *c.* 30.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

tia, vt compotationis præludium bibebant, & ex vini partibus quatuor & vna mellis conficiebantur, vt apud Æginetam *e* habetur. Nihilominus tamen eodem autore ex ſcammonio, aut grano cnidio, aut huiusmodi purgatoriis parabantur, aut etiam pro ratione affectuum medicamenta iniiciebantur, cuiusmodi plura Myrefipus proponit, & inter cetera ad ventrē ſubducendum ex polypodio, habet etiam ex aſaro, ſenna & epithymo. Ad horum imitationem ſolemus vina purgātia conficere. Nam cum Medicus ægroti moribus nonnunquam ſe accommodare debeat, & Germanorum plerique à medicamentorum vſu frequenti abhorreant, ſicque humores vel iulepis vel decoctis ex artis præſcripto præparare non liceat, alia forma ipſis gratior & ſcopo conueniens inuenienda fuit. Quare cum vinum naturæ amicum, & apud Germanos vinum abſynthites in quotidiano pene vſu ſit, & vinum ex medicamentis infuſis vires facile eliciat, ac præpropere in ſingulas & abditiſſimas corporis partes velut optimum medicinæ vehiculum diffundat (cuius nomine Dioſcorides de vino inter medicamenta, non alimenta egit) hanc ob cauſſam eiusmodi vinis abſynthio addito, quibus & humores præparare, eosdemque expurgare poſſumus, frequenter vtimur.

e lib. 7. c. 15.

Duplicia ergo ſunt vina medicata: Quædam enim ſolum alterant, quædam vero humores præparant, eosque ſenſim expurgant. Quæ alterant, vel prima qualitate vel ſecunda id præſtant: Prima, vt calefaciendo, refrigerando &c: & quidem

vel

vel vnam tantum partem, vel plures eodem tempore. Sic calefaciunt caput vinum de betonica, roremarino, ſtoechade, ſaluia. Oculis prodeſt vinum ex euphraſia: Cor ipſum, vinum de borragine, meliſſa, vinum aromaticum, quod Hippocraticum dicitur. Thoracem vinum ex hyſſopo, vel marrubio albo, vel enulæ radice. Ventriculum, vinum abſynthii. Hepar, vinum chamædreos. Lienem, tamariſci. Renes & veſicam, vinum alkekengi vel ſaluiæ. Alia vero ſecunda qualitate alterant adſtringendo, vt vinum roſaceum, vinum è punicis, vel ex pyris vel prunis ſylueſtribus. Sudorem prouocant vinum guaiacum. Venenis reſiſtit, vinum zedoariæ, de quibus & Dioſc. *lib.* 5, & Arnoldus de Villa noua.

Quæ vero purgant, vel expurgant humorem ſimplicem, vel mixtos. Simplicem, vt bilem flauam, vinum ſcammonites: bilem atram, vinum ex helleboro nigro: pituitam vinum ſquilliticum apud Galenum: Vel aquam, vinum è granis ebuli & chameleæ, vel thimeliæ ex Dioſcoride.

Parari autem poterit vinum abſynthites aquas purgans hoc pacto:

℞. *Summitat. abſynthii, cardui benedicti, an. p.* ß.
agrimon. chamedr. an. p. i.
braßicæ marin. p. ß.
folior. ſennæ diligenter à ſtipitibus mundat. ℥ ij.
rad. ireos florent. ℥ j.
radic. aſari, mechoacæ albiß. ononidis an. ℥ ß.

calami aromatici, galangæ minoris an. ℥ ii.
sem. anisi, fœniculi, an. ʒ j.
vini albi ℔. viii.
stent in infuso calidiore loco.

Ad mixtos vero euacuandos humores tale parari poterit:

℞. *Absynthii, centaur. minoris, cardui bened. an. p.* i.
herbar. agrim. chamædr. an. m. i.
folior. sennæ mundator. ℥ ii.
radic. turpethi gummosi ℥ ß.
mechoacæ albiss. ʒ iii.
calami aromatici ℥ iij.
semin. anisi, fænicul. an. ʒ i. ß.
cortic. arantior. sicc. ʒ iii.

Herbarum stipitibus reiectis, radicibus incisis, & omnibus simul leuiter contusis vasi indantur, vini albi ℔. vi. *aut* viii. *affundantur, stent obturata loco calidore horis* 24. *ante vsum.* Sic si caput expurgare velimus, loco agrimoniæ, betonicæ flores & stoechades adiiciemus; Si pectus, vt in angustia pectoris, difficili respiratione, tussi, addi potest scabiosa, hyssopus, radix enulæ: Si lien, lingua ceruina, ceterach, summitatates vel cortices tamarisci: Si renes expurgare velimus & vesicam, radix ononidis, ireos vel fœniculi vel apii adiicere possumus.

Exemplum vini absynthitis in affectibus thoracis:

℞. *Herbar. betonicæ, scabiosæ, hyssopi, capillor. Veneris, an. p.* i.
Absynthii, cardui benedict. an. p. ß.
fol. sennæ mundator. ℥ ii.

rad.

rad. enulæ, iridis florent. an. ʒ iii. *vel* ℥ ß.
semin. anisi, fœnicali an. ʒ ii.
calami aromatici ʒ iii.

Herbarum stipitibus reiectis, radicib. incisis & leuiter simul omnibus contusis indantur vasi, superinfundantur vini albi veteris ℔ vi. *stent loco calido bene obturata per noctem.*

In febre quartana vel obstructione lienis:

℞. *Herbar. chamædr. linguæ ceruinæ, ceterach an. p.* i.
summitatum tamarisci, vel eiusdem corticum tantundem, epithymi oriental. ℥ i.
folior. sennæ mundator. ℥ ii.
rad. polypodii quercin. ℥ i. ß.
ellebori nigri ℥ ß.
rad. cappar. ℥ i.
calami aromatici ʒ iii.
sem. anisi, fœniculi, an. ʒ i. ß.
incisa, contusa infundantur ℔. viii. *vini absynthitis. stent obturata loco calido.*

Modus componendi vina purgantia.

Vina hæc medicata, quæ alterandi caussa fiunt, veteres aliquando omnia contusa, aliquando integra vino infundebant; aliquando incoquebant; aliquando & mel addebant: At nunc, tempore vindemiarum conficiuntur, herbis & radicibus exiccatis in mustum coniectis, quod vno vel altero mense post, cum vinum iam deferbuerit & defæcatum fuerit, transfunditur, ne si iniecta medicamenta diutius remaneant, corrumpantur. Purgantia vero in vetustius vinum coniectis

medicamentis, & maceratis loco calidiore, hyberno quidem tempore poſt fornacem conficiuntur.

Vſus vinorum medicatorum alterantium eſt, alterno vel tertio die in principio prandii. Purgantium vero, poſteaquam horis 24. in infuſo ſteterint, horis duabus ante prandium, præmiſſo tamen iuſculo, & quidem vel quotidie vel alternis diebus, ſi febris impediat, vel prout frequentiores deiectiones cauſſabit. Communiter autem hæc vina purgantia duabus à cibo horis aluum mouere ſolent. Horum vero vinorum catharcticorum præcipue vſus eſſe poteſt hyberno tempore in morbis frigidis & chronicis, quæ ſyrupis præſtantiora ſunt.

De Pilulis.

Cap. XXV.

INter alia medicamenta, quæ in officinis aſſeruantur, ſunt maſſæ, vel magdaleones, ex quibus pilulæ conficiuntur. Sunt autem pilulæ *medicamenta figura rotunda, quæ parua quantitate, ſed integra ſemel deuorantur, ad medicamenti inſuauitatem fallendi inuenta.* Dicuntur pilulæ à rotunda forma paruæ pilæ, Græcis καταπότια, ab abſorbendo, vocantur, apud quos catapotia omnia illa appellantur, quæ non diluuntur, ſed vt ſunt, deuorantur, vt ex Scribonio Largo *a* & Marcello Empyrico *b* colligitur.

Inuentionis cauſſa duplex eſt, vna, vt hæc, parua quantitate accepta, ægros minus moleſtent: altera, vt dum diu in ventriculo ſubſiſtunt, e partibus

a *cap.* 87.
b *cap.* 26.

bus diſtantibus melius, vt e capite, vbi præcipue earum vſus, pulmone, articulis, corporis vniuerſi habitu, humores ad ventriculum trahant.

Materia earum petitur à plantis, de quibus ſupra fuit dictum, gummatibus, lacrymis, lapidibus aliquot, vt lazuli, armenio, ita quidem, vt quæ ſicca ſunt, in puluerem conterantur vel contundendo molleſcant, vt aloe, ſcammonium, gummata, quæ ſimul aut melle, aut ſyrupo, aut ſucco aliquo aut aqua ſtillatitia, aut mucilagine, excipiuntur, & ita in maſſam ſinguntur, quæ cum leuiter in vmbra fuerit exiccata, vel veſica vel chorio inuoluitur, vel papyro ceræ liquatæ intincto, ſicque pyxidibus ſtanneis reponitur.

Deplices ſunt pilulæ, aliæ quarum maſſa iam eſt præparata in officinis: aliæ vel ex his mixtis liquore aliquo malaxatis vel ex diuerſis ſimplicibus pro re nata ex præſcripto conficiuntur. Sumuntur autem differentiæ pilularum ab humoribus, quos educunt: aliæ à partibus, quibus conueniunt, quædam ab effectu, quædam ab actionis modo.

Ab humoribus quidem; Phlegmagogæ ſunt pilulæ de agarico, aggregatiuæ, cochiæ, lucis maiores & minores, de hermodactylis, ex hiera cõpoſ. cum agarico vel coloquinthid. è turpetho; arthriticæ, fœtidæ, e ſarcocolla, e ſagapeno, opopanace, de euphorbio, de benedicta laxat. Sed hæ omnes valentiores ſunt: quare ſi ventriculus pituita ſit refertus, prius mitioribus vacuandus erit.

Cholagogæ mites & ſtomachicæ, quæ ventri-

culum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

culum & primas vias blande purgant, ſunt in officinis pilulæ de hiera ſimpl. Ruff. Sic pilulæ communes, quæ de tribus appellantur. Pilulæ ante cibum, pil. maſtichinæ, pil. aſaiereth, quæ à ʒ. ß. ad ℈ ii. vel ad ʒ i. exhibentur. Valentiores, & totum corpus euacuantes, ſunt, ſine quibus, aureæ, de rhabarbar. & eupatorio, imperiales, ex quibus nōnullæ etiam pituitam purgant, vt ſunt eæ, quæ agaricum, coloquinthidem, turbith, aſarum & alia pituitam educentia, recipiunt, vel quæ eandem præparant, quæ tamen potiſſimum bilem reſpiciunt, cum plus ſcammoneæ recipiant.

Melanagogæ ſunt pilulæ de fumaria, inde de lapid. lazuli, de lapid. armeno, & quæ ex hellebori nigri & ſennæ puluere cum aliis efformantur.

Hydragogæ eſſe poſſunt omnes eæ, quæ pituitam ducunt, & præter has pilulæ e thymelea, e mezereo.

A partibus, pilularum differentia altera ſumitur. Capiti enim propriæ ſunt de agarico, aureæ, ſine quibus, cochiæ. Oculis vero per ſe laborantibus pilul. lucis maiores & minores. Si vero per conſenſum ventriculi afficiantur, pilulæ de hiera, duplata tamen doſi ipſius aloes.

Pulmoni, pilulæ de agarico, quibus addunt nonnulli in aſthmate & orthopnoea, febre abſente, ſulphur, quod in corpore humido concedi poteſt.

Ventriculo ſtomachicæ, maſtichinæ, de hiera, aſaiereth.

Hepati de rhabarbaro, de fumaria.

Lieni

Lieni de fumaria, pilulæ Indæ, de lapide lazuli, & quę recenter ex puluere ſennę, epithymo, ſcammonio, helleboro nigro parantur.

Vteri affectibus fœtidæ, & quæ capiti proſunt.

Articulis denique pilul. arthriticæ, de hermodactylis. Cautione tamen hîc opus. Nam ſi fluxio vehemens non ſit, tunc validioribus vti poſſumus: ſi vero humoris magnus ſit affluxus eumque expurgare velis, modice laxantibus & adſtringentibus vtendum, vt,

℞. *Pilul. arthriticar.* ℥ i.
myrobalan. citrin. rhabarb. an. ℈. ß.
oxymelite ſimplici excipiantur.

Commendantur & pilulæ chamæpytheos Matthioli, ex quarum ℥ i. pilulæ nouem formantur, de quibus arthriticus præcautionis, quam purgationis loco ſingula veſpera cubitum iturus iij. ſumat.

Ab effectu etiam differentiæ ſumuntur. Etenim quandoque purgant adſtringendo, vt quæ rhabarb. myrobalanos, & roſas accipiunt; aut purgant laxando & fundendo, vt e caſtoreo & opopanace, fœtidæ; Aliæ fundendo, vt de euphorbio, quibus propter euphorbii violentiam non facile vtimur; Aliæ in totum ſiſtunt, vt ſunt pilulæ de cynogloſſa, quibus in ſummis doloribus & vigiliis, deſtillationibus acerrimis, à tenui humore in fauces cauſſatis, & ad dyſenterias contumaces vtimur. Caute tamen & natiuo calore adhuc vegeto exiſtente, exhibendæ.

Quædam expectorationem adiuuant, & Becchicæ dicuntur: Aliæ ſanguinem ſiſtunt: aliæ ſemen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

men genitale augent: Aliæ liberant obstructiones, quæ ex pulueribus trochiscis & electuariis conficiuntur: Aliæ renum æstum & vrinæ ardorem mitigant.

Quæ denique ab actionis modo sumuntur, facultatem ab iis, ex quibus componuntur, assumunt.

Nunc exempla aliquot subiiciamus:

Ad oculorum suffusionem vitio ventriculi caussatam:

℞. *Specier. hieræ, (aloes dosi geminata,) aloes lotæ in aq. fœnicul. vel euphrasiæ an. ℥. ß.*
rhabarb. electi, agarici trochiscati an. ℨ i.
excipiantur oxymelite vel syrupo de betonica &c. fiant pilulæ.

Dosis erit à ℨ. ß. ad ℨ j. semel aut bis in hebdomade sumendo.

Ad ventriculum humidiorem, debilem vel præcautionis vel curationis morbi diuturni caussa, tempore hyberno:

℞. *Aloes lotæ in aq. absynthii* ℥. ß.
rhabarb. electi puueriz. ℈ iiii.
agarici recens trochisc. ℨ i.
pulverizata excipiantur syrupo de mentha, & massa conficiatur, quæ ad vsum conseruetur.

Dosis erit ℨ. ß. vel ℈ ij. vel ℨ. j. sumendo hora vna ante pastum.

Quod si cum imbecillitate adsit obstructio venarum mesaraicarum, addemus *specierum electuarii triasantali* ℈ j. *cinnamomi* gr. vj. & excipientur

cum

cum syrupo de mentha vel oxymelite. Vbi vero ventriculus medicamenta vomitu reiicit, ex solo rhabarbaro confici possunt.

℞. *Rhabarb. elect. pulu.* ℈ iiij. *vel* ℥ i.ß.
cum syrupo de cichorea cum rhabarbaro. formentur pilulæ.

Hæ etiam ad nimiam sanguinis excretionem conferunt, si cum aqua plantaginis excipias.

Ad menstrua mouenda ex aloe non lota conficiuntur, quæ ad ʒ. ß. diebus tribus aut quatuor ante periodum exhibentur. Nam vbi venarum obstructiones tollere volumus, non abluimus, sed tum, cum à calore aut siccitate metuimus: vel parabuntur hoc pacto:

℞. *Aloes hepaticæ* ℥ i. ß.
myrrhæ elect. ℥ j.
sagapeni, boracis, an. ℥ ß.
castorii ℈ ij.
croci ℈ j.
specier. diambr. ℈. ß.
olei anisi guttas v j.
omnia simul contusa excipiantur vino maluatico, & in massulam cogantur.

Harum dosis sit ʒ. ß. vel ℈ ij. vtamur præmissa tamen purgatione alternis diebus septimana ante periodum; Vel alio modo:

℞. *Rad. aristoloch.* ʒ. ß.
radic. & seminis pœoniæ, gentianæ, myrrhæ an. ℥ ii.
aloes ʒ. ß.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

cinnamo ℈ j.
Excipiantur syrup. de hyssop. vel de arthemisia.

Quæ vero valentius & humores ex longinquo educunt, vt ad piuuitam & aquas ducendas:

℞. *Massæ pilul. cochiar.* ℈ ii.
sine quibus ℈ i. *trochisc. alhandal. gran.* ij. *vel* iij.
cum oxymelite diligenter misceantur.

Sunt etiam, qui turpetho acuant pilulas, quæ pituitam crassam è longinquis euacuare debent.

Quando vero & pituita tenuis euacuanda, tunc aliqua adstringentia, vt est puluis rhabarbari, myrobalanor. mastichis, admiscentur, vt si fiat pituitæ destillatio in articulos:

℞. *Massæ pilul. de agarico, de rhabarb. an.* ℥ ß.
rhabarb. pulu. ℈ i.
cum syrupo rosar. pallid. fiant pilulæ.

Vel hoc pacto:

℞. *Agarici* ℈ ij.
rhabarb. pulu. ℈ i.
trochiscor. alhand. gr. iij.
cum syrupo de mentha. f. pil.

Ad bilem ex longinquo vacuandam:

℞. *Massæ pilular. sine quibus.* ℈ iiij.
cum oxymelite simpl. remolliantur. Fiant pilul. numero v. *vel* vij.

Si efficaciores volueris:

℞. *Pilular. sine quibus & aurear. an.* ℈ ij.
cum syrupo de stoechade formentur pillulæ.

Quod si vero plus pituitæ, quam bilis, educere voles:

℞. Pi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

℞. *Pilular. sine quibus, & aurear. an.* ℈ ii.
cum syrupo de stœchade. formentur pilulæ.

Quod si vero plus pituitæ, quam bilis, educere voles:

℞. *Pilul. cochiar.* ʒ i.
cum oxymelite, fiant pilulæ.

Vel

℞. *Pilul. cochiar. & sine quibus, an.* ℈ ii.
cum syrupo conuenien. fiant pilulæ.

Vbi vero aluus difficilius mouetur, & crassiorem bilem educere volumus, acuantur pilulæ ii, aut iii. gr. diagrydii. Sic etiam acuere possumus pilulas, quo minor earum sit dosis, vt pote *pil. cochiar.* ℈ ii. *diagrydii* gr. iiii. *vel* v.

Ad humorem melancholicum: (Licet potiones vtiliores sint, cum humor hic humectatione fluxilis reddatur:)

℞. *Piluar. indarum de fumaria an.* ℈ ii.
excipiantur oxymel. vel syrupo de buglossa. Vel hoc modo:

℞. *Pilul. de fumar.* ℈ ij.
sine quibus ʒ. ß.
excipiantur simul vino, in quo radicum hellebori nigri ℈ i.
cum masticis vel spicæ granis aliquot infusa sint.

Alia catapotiorum genere ad obstructiones soluendas ex trochiscis, ex pulueribus syrupo aliquo conueniente exceptis, aut succo aliquo conficiuntur: vt in suspicione hydropis vel obstructione hepatis:

℞. *Rhabarb. elect.* ʒ i.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

trochisc.de eupator. ℈ i.
pilul.aggreg. ʒ i.
gummi ammon.dissolut.in succo ireos ℈.ß.
cum succo rad.ireos formetur massula.

Cuius dosis singulo triduo ʒ. ß. duabus horis ante prandium exhibetur: Vel hoc pacto in hepatis obstructione,

℞. *Trochiscor.de absynth. de rhabarb.an.* ʒ.ß.
f.puluis,excipiatur syrupo de cichorea, aut cum aqua agrimon.f. pilulæ, quas tribus horis ante prandium sumet, vini albi parum superbibendo.

In lienis obstructione.

℞. *Trochis.de capparib.* ℈ ii.
ceterach pulueriz. rad. gentianæ pulueriz. an. ℈.ß.
puluerizata syrupo de byzant. excipiantur.

Ad sanguinem vndiquaque manantem sistendum, ex incrassantibus & adstringentibus hoc pacto fiunt.

℞. *Terræ sigillatæ, boli armeni lotæ in aqua rosarum an.* ℈ ii.
coralli vtriusque , lapid. hæmatitid. an. ℈ i.
masticis ʒ. ß.
puluerizata excipiantur syrupo è rosis siccis, vel myrtillorum vel cydoniorum, f. massa,

ex qua ʒ j. ante somnum & mane duabus vel tribus horis ante cibum exhibetur.

Tandem ex succis præstantissimæ conficiuntur hoc pacto:

℞. Fo-

℞. *Folior. betonic. meliss. saluiæ recent. an. m. j. ß.*
maioranæ m. j.
irrigantur vino optimo, macerentur per biduum, & per torcular exprimantur.

Vel,

℞. *Vini huius expreßi* ℥ iiii.
aloes pulu. ℥ i.
folior. sennæ pulu. ℥ i. ß.
agar. opt. ℥. ß.
turpethi electi ʒ iii.
diagrydii optimi ʒ. ß.
siccentur simul in hypocausto & frequenter agitenter, quoad redeant in massam: quæ postea pistetur cum ℥ iij. *eiusdem vini: iterum resiccetur, & id tertio fiat aut quarto, & diligenter pistentur. Deinde vbi in firmam massam coaluerint, seruetur in corio ad vsum.*

Vel,

℞. *Huius massæ* ℥ j.
formentur pilulæ vj.

ſumantur tres tribus horis poſt cœnam: Reiteretur bis aut ter in menſe. Harum inſignis vſus in antiquis capitis doloribus à catarrho cauſſatis, quem lente exiccant, & contra aurium tinnitum: Ita tamen, vt pilularum ſine quibus, cochiarum & aurear. vſus præcedat.

Vſus pilularum multiplex eſt. Præcipuus quidem ad corpus ab humore excrementitio purgandum: Quare morbis diuturnis & contumacibus conferunt, modo febris intenſior non fuerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

in quarum etiam initio vsurpari non debent, cum à calida pilularum materia febris augeatur. Plurimus quoque vsus ad destillationes, tussim & thoracis affectus: quare & veteres ad sitim sedandam peculiares conficiebant: quas catapotia, ἄδυψα dicta fuisse Galenus *c* monet.

c 8. *de comp. med.* κατὰ τόπους.

Ex dictis patet, confici pilulas ex amaris, acerbis, fœtidis, cum communiter basis earum sit aloe, aliisque lacrymis additis, quæ malitiam eorum corrigunt, omnibus tritis cum succis, in massam, vt dictum, reducuntur, & ad vsum reponuntur.

Reseruari autem possunt purgantes ad annum, & diutius. Quamprimum vero situm varii coloris contraxerint, amplius iis non vtendum. Quæ vero opium recipiunt, in duos, tres vel plures annos asseruari possunt, & cum iis vti volumus, dosis præscripta ab ipsa massa sumpta rursus teritur, & cum syrupo vel succo vel liquore aliquo conueniente, vel olei anisi (ad tormina mitiganda) guttis aliquot in pilulas vel maiores, vel mediocres, vel minores efformentur.

Maiores tamen conueniunt, cum ex longinquis humores attrahere volumus, quales sunt capitales etiam arthriticæ dictæ. Minores à vicinis partibus ducere oportet. Antiquitus pilulæ forma & mensura ciceris conficiebantur, vt ex Galeno *d* colligitur, qui suarum cochiarum vndecim ad formam & mensuram ciceris exhibet. Ciceris autem mensura granorum ij. ß. erat. Nunc vero rotundæ, modo plures, modo pauciores pro ægri voluntate conficiuntur, ita tamen vt conueniens dosis obseruetur. Purgantium quidem à ℨ j. ad ℈ iiii.

d 1. *de compos. medic. secundum loca* 2.

℈ iiij. Quibus vero ad somnum vtimur, vt sunt de cynoglossa ℈ i. vel ʒ. ß. sufficit. Sic & becchicarum, quæ ad sistendos catarrhos delabentes conficiuntur, & sub lingua, donec liquescant, detinentur, dosis est à ℈ ij. ad ʒ j. Idem dicendum de pilulis, quibus veteres ad sitim sedandam vtebantur.

Tempus vtendi varium est, siquidem capitales vel statim post primum somnum, mediave nocte, vel quatuor horis à leuiore cœna: Stomachicæ vero vna vel duabus horis ante cibum: Quæ vero aluum mouere & purgare debent, mane horis quinque vel quatuor ante cibum deglutiri debent; quibus sumptis horam superdormire licet, & horis duabus vel tribus post, iusculum pisorum superbibendum.

Modus sumendi: cum integræ deglutiendæ sint, quo ipsarum amaritudo mitigetur, plerunque puluis cinnamomi, vel puluis radicis liquiritiæ aspergitur. Alii cerasis conditis vel passulis enucleatis indunt. Alii carni pomorum coctorum inuolunt. Alii cum iulepo vel syrupo aliquo ex cochleari sumunt. Alii cum ouo, (minus recte) deglutiunt. Omnium autem rectissime, si singulæ nebulæ inuoluantur vel deaurentur.

De Bolis.

CAP. XXVI.

BOlus *medicamentum est forma media inter liquida & solida*; vtpote molli consistentia, qua a buccella differt; & partim integre, partim vero per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

frustula deuoratur. Inuenta hæc forma in gratiam eorum, qui potiones, pilulas, tabellas & similes medicamentorum formas fastidiunt. Dein vt ventriculus exiccatus humectetur, quod à potione subito præterlabente fieri non potest: Quare in febribus ardentibus bolus ex cassia cum syrupo violato præscribitur. Differentia autem bolorum est, quod alii ad purgandum, & quidem vel primas vias, vel ex alto humores educentes; alii ad alterandum; alii ad corroborandum; nonnulli ad mouendas vrinas, quidam ad somnum conciliandum instituuntur.

Purgantes boli aliquando ex simplicibus medicamentis purgantibus, aliquando ex solis antidotis liquidis purgantibus; aliquando ex solis antidotis, speciebus corrigentibus additis, quæ vel liquore vel syrupo vel saccharo excipiuntur, & aliquando deaurantur, aliquando non, & ab ℥ i. ad ℥ ii. exhibentur.

Bolorum purgantium materia est cassiæ recenter extractæ medulla, catholicon, confectio hamech, diaphenicum, diaprunum simplex solutiuum, elect. de succo rosar. electuar. lenitiuum & similes confectiones supra explicatæ. Addetur his rhabarbarum pulúerizatum, agaricum, pulpa sebesten, nonnunquam etiam conseruæ & diagrydium. Vt si bilem vtramque purgare velis:

℞. *Cassiæ rec. extract. ℨ vj. catholici ℨ. ß.*
f. bolus, exhibeatur cum syrupo violato, vel cum saccharo.

Valentior erit, si addes vel electuar. de succo rosar.

sar. & diapruni solutiui: vel diaphenici ℥ i. cum puluere rhabarbari, vt:

℞. *Cassiæ recens extractæ ℥ i.*
rhabarb. electi pulueriz. ℈ iiii. *f. bolus.*

qui & bilem & pituitam purgabit. Parari potest cum pulpa sebesten, præsertim in affectibus renum, vesicæ, & ardore vrinæ, hoc pacto:

℞. *Cassiæ rec. extractæ ℥ j.*
pulpæ sebesten ʒ ii. *cum diatragacantho frigido puluerizato. fiat bolus.*

Sunt, qui purgationum omnes formas respuant, purgatione tamen indigeant, tum conserua violar. vel rosarum cum diagrydio exhiberi potest: exempli gratia:

℞. *Conseruæ violar. & rosar. an.* ʒ i.
diagrydii gr. viii. *misceantur.*

Hic bolus horis tribus ante cibum exhibeatur.

Sic in affectibus renum ad vrinas ducendas, easque partes, siue ob luem veneream, siue aliam ob caussam exulceratas, conficiuntur ex terebinthina Veneta diligenter lota, exhibentur cum conserua rosarum hoc pacto:

℞ *Terebinthinæ Venetæ sæpius in aqua parietariæ lotæ ℥ ß. vel* ʒ vi.
electuarii diatragacanth. tabulati vel sacchari candi ʒ ij.
fiant boli pro tribus dosibus, inuoluantur nebulis, & cum syrupo de althea vel de radicibus, duabus aut tribus horis ante cibum deglutiantur.

Verum aduertendum, totius corporis euacuationem præcedere debere, antequam tales boli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

exhibeantur: siquidem terebinthina non solum vim habeat emplasticam, renes expurgantem & aluum subducentem, sed etiam in impuro corpore secum ad renes excrementa trahentem, sicq; earum partiũ obstructiones augere poterit.

Quod si efficacius & vrinas mouere & obstructiones tollere velis, rhabarbari (cum vrinas moueat) pulu. ʒ. ß. vel ʒ j. admiscebis, præsertim si fomentis, & linimentis, potissimum ex oleo scorpionum partes molliantur. Si vero lapis in vreteribus subsistat, tunc lapidis iudaici ℈ j. vel tantundem pulueris electuarii Ducis, vel lithontribi addemus.

Alterantes vero vel confortantes boli, qui potiss. post purgationes exhibentur, conficiuntur ex conditis, vel conseruis calidis in morbo frigido, frigidis in morbo calido. Exemplum in frigidis:

℞. *Conseru. rosar. radic. enulæ & acori condit. an. ʒ. ß.*
cum saccharo fiat bolus.

In calidis:

℞. *conseru. violar. & nimpheæ an. ʒ. ß.*
cum saccharo in forma boli exhibetur.

Cor ipsum corroborans fit ex conseruis violar. borrag. buglossæ, rosarum, nympheæ & aliis, & ex antidotis, vt confectione alkermes, mithridatio, theriaca; Pulueribus item cardiacis, vt rosmar. cornu ceruini, eboris, ossis de corde cerui. Commendant aliqui fragmenta pretiosor. lapidum, vt hyacynthi, saphyri, granati, carbunculi & similium; margaritas, corallium album & rubrum, crystallum & similia. Exemplum:

℞. Con-

℞. *Conſeruæ violar. roſar. an.* ℥.ß.
theriacæ vel mithridatii ℈ i.
raſuræ eboris, cornu cerui, oßis de corde cerui an. gr. vi. *vel* viii. *addunt aliqui totidem* gr. *margaritarum electarum.*
f. bolus. exhibetur tempore ſomni.

Ad alui fluxum paratur ex conſerua roſarum antiqua, carne myrobalanorum conditorum, carne cydoniorum, conſeru. rad. ſymphyti, corallo vtroque, carabe, lapid. hæmatitide, terra ſigillata, bolo armeno, miſcentes conuenienti doſi cum ſyrupo roſar. ſiccar. vel myrthino, vel cydonior. alioue adſtringente.

Ad conciliandum ſomnum & ſtupefaciendum ſenſum in dolorib. acerbiſſimis fiunt boli, & morbo & parti affectæ conuenientes, cũ opii gr. i. vel ii. vel requietis Nicolai ℥. ß. vel tantundem theriacæ aut mithridatii rec. (vtrumque enim infra ſex menſes narcoticum eſt) exhibetur.

Exemplum ad conciliandum ſomnum in ardentibus febribus:

℞. *Conſ. ruæ violar.* ℥ i.
opii gr. j. *vel* ij.
ſpecier. dia margar. frigid. gr. iij. *vel* iiij
f. bolus hora ſomni ſumend.

In affectibus vero frigidis & colica à flatu cauſſata philonii Romani à ℥. ß. ad ℥ i. cum conſerua anthos, betonicæ vel bugloſſ. vel extracti ipſius ℈. ß. exhibetur.

Quod ſi horum narcotiorum vires acuere vel promouere volumus, vini cochlear vnum ſuperbibere imperamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

De electuariis ſiue antidotis ſolidis.

CAP. XXVII.

ELectuarium dictum videtur, quod ex electis & præſtantioribus fieri ſoleat. Græci ἀντίδοτα appellarunt. Sunt autem Antidota, monente Galeno *a*, *Medicamenta, quæ intra corpus aſſumpta prauis affectibus medentur, & grauiſſimis caſibus auxilio ſunt*; vt quæ, ſicut ait Celſus, recte quidem dantur colliſis corporibus vel per ictus, vel vbi ex alto deciderunt, vel in viſcerum, laterum, faucium, interiorumque partium doloribus, ſed maxime aduerſus venena, quæ vel per morſus, vel per cibos, vel per potiones noſtris corporibus communicantur. Triplex autem eorum differentia à Galeno proponitur: Alia namque lethalium medicamentorum gratia offeruntur; Alia aduerſus beſtias, virus eiaculantes valent: Alia denique morbis ex prauo victu contractis, opitulantur: quæ rurſus vel ſunt ſolida, vel liquida. Liquida, vt confectiones aromaticæ, lenitiuæ, purgantes & opiatæ. De ſolidis ſermo erit.

a *1. de antidot.*

Electuarium ſeu antidotum ſolidum, quod vulgo confectionem ſolidã appellant, videntur Græci βυκκέλατον appellaſſe, buccellatum apud Æginetam *b*, & buccellam apud Aetium *c* verterunt.

b *lib. 7. c. 5.*
c *tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 100.*

Fuit autem Græcis medicamentum in panis formam concinnatum purgandi vim habens, vt apud Æginetam paratur ex ſcammoneæ toſtæ ℥ j. piperis & ſeminis apii an. ℈ j. fœniculi & aniſi an. ℥ i. mellis ℔. i. quæ mediocriter toſta aſſeruabatur & ℥ i. pondere exhibebatur. At Aetius ſcammoneam cũ iis, quę vitium eius emendant, & cum fermento in cli-

n clibano coquit, & artiſcos efficit, bilē ſine mo-
eſtia expurgantes, quos ieiunis exhibet. Sic & no-
tra electuaria ſolida parantur ex pulueribus ſim-
plicibus, aut compoſitis, ſaccharo ad ignem diſſo-
uto, iniectis, quæ ſimul ſpatula agitatis, ac cōmix-
tis in aliquam formam rediguntur. Vel enim figu-
ra quadrata tunc tabulæ aut tabulata nominãtur:
vel oblonga, morſelli & lozengiæ Barbaris; vel
rotunda, & dicuntur orbiculi ſeu placentulæ, &
etiam rotulæ. Doſis autem talis eſt, vt puluerum
laxantium ℥ j. ſacchari ℥ iij. vel iiij. addantur: licet
alii ad ℥ j.ß. ſpecierum ſacchari ℔. vnam aſſumãt.
At diagrydii quantitas in tabellis ſit. gr. viij. vel x.

Hæc rurſus vel ſunt purgantia, vel alterantia, &
corrobarantia. Purgantia fiunt ex medicamentis
aluum ſoluentibus, quæ in puluerem rediguntur,
quib. ſaccharum in aqua ſtillatitia aliqua, humori
euacuando accommodata, diſſolutum additur; &
Tabulæ purgantes dicũtur; quę vel in officinis ha-
bentur, vel ad iſtarum imitationē parantur. In offi-
cinis habentur bilem ducentia, de ſucco roſarum,
ſtomachicũ laxatiuum. Pituitam tabellę de citro,
diaturbith. Seroſos vero & mixtos humores dia-
carthamum, quod per ſe exhibetur à ʒ iij. ad ʒ vi.
vel diacarthamum ſecundum deſcriptionem offi-
cinarũ noſtrarum à ʒ i.ß. ad ʒ. iii. ſumitur: ſecundũ
aliarũ cordi deſcriptionē ſequentiũ à ʒ iii. ad ʒ. vi.

Talis eſt compoſitio.

℞. *Diagrydii, turpethi, an. ʒ. j.*
medullæ ſem. carthami ʒ. ß.
cinnamomi, zingiber. ſp. diatr. frigid. an ʒ ii.
cortic. citri ſiccor. carnis cydonior. an. ʒ. j.

ſacchari

sacchari candi ℥ j.
sacchari albi diss. in aq. ros. ℥ x. *misce, f. tabella.*

Vel exhibentur mixta in forma potiunculæ, vt:

℞. *Diacarthami nostri* ℥ i.ß.
de succo ros. ℥ ii.
dissolue in vino vel aqua conuenienti q. s. vel in diluto sennæ, rhabarb. agar. vel denique in iusculo.

Quædam ad horum imitationem recens parantur, quorum materiæ sunt medicamenta purgantia, vt puluis folior. sennæ, rhabarbar. agarici, mechoacæ, turpethi, diagrydii, coloquinthid. in trochiscos redacti, & similia. Quibus accedunt corrigentia, & ea, quæ purgantium vim adiuuant, vt ad pituitam hoc pacto:

℞. *Rad. mechoacæ albiss.* ʒ. i.ß.
diagrydii gr. ij. *cum saccharo, q. s. f. tabella pro dosi.*

Ad bilem:

℞. *Rhabarb. electi pulueriz.* ℥ ß.
spicæ nardi, cinnamomi, an. ʒ i.
diagrydii ʒ. ß.
fiat puluis, qui saccharo in aqua rosar. dissoluto excipiatur, & tabellæ ʒ iij. *vel* ʒ. ß. *formentur pro dosi.*

Aliquando pulueris diacarthami ʒ ii. & rhabarb. ʒ i. cum saccharo miscentur, & tabella pro dosi formatur.

Electuarium triasantalũ quadruplicato rhabarbaro optime vsurpatur, quando eadem opera hepatis obstructiones tollere, humorẽ vitiosũ sẽsim purgare volumus, vt in cachexia, hoc modo:

℞ *Ta-*

℞. *Tabularum triaſantali quadruplicato rhabarbaro* ℥ ii.

ſummat tabellam vnam duabus ante cibum horis, ſuperbibendo vini albi cochleare j. Vel hoc modo:

℞. *Specier. electuarii triaſantali* ℈ ij.
rhabarb. electi pulueriz. ℨ iij.
ſacchari in aqua agrimon. diſſoluti. q. ſ. fiant tabellæ pondere ℥. ß.

quarum tabellam j. quotidie mane, duabus aut tribus ante iuſculum horis ſumat.

Ad purgandum humorem melancholicum:

℞. *Folior. ſennæ* ℥. ß.
ſem. fœnicul. aniſi an. ℨ. ß.
rhabarb. electi ℨ ij.
ſpecier. triaſantal. ℈ i.
pulueriſatis omnibus, cum ſacchari in aq. fumariæ diſſoluti quadrupla quantitate excipiantur: Fiant tabellæ ℨ iii. *vel* iiij. *pondere pro doſi.*

Alterum genus electuarii tabulati ad alterandum, roborandum, obſtructiones tollendas confectum, multas differentias à partibus corporis, & humoribus, quibus ſingulæ ſunt accommodatæ, deſumptas habet, quarum plures in officinis habentur: Vt ad caput intemperie frigida affectum, dianthos, diambræ, diamoſchi, diamargar. calidum, plereſarcoticum. Hæc enim caput calefaciunt.

Quod ſi cephalalgia adfuerit, à moſcho & ambra, cũ vaporoſa ſint, & caput facile repleãt, abſtinendũ erit. Quare horum loco tales fieri poterũt:

℞. *Nu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

℞. *Nucis mosch. assatæ nr. iij.*
flor. rorisml. auend. an. ℥. ß.
cinnamom. ℥ i.
sacchar. ℥ vii.
f. tabellæ ℥ ii. *pondere*

Vel

℞. *Sacchar. in aq. ros. dissol.* ℔. i.
olei nucis mosch. ℈ i. ß. *vel* ℈ ii. *formentur tabellæ.*

Vel:

℞. *Specier. diarhod. Abbatis* ℈ ii.
rad. & sem. pœoniæ an. ℈ i.
sacchari ℥ i. ß.
cum aq. betonicæ vel saluiæ. fiant tabellæ ℥ ii. *pondere.*

Vel:

℞. *Sp. aromat. rosat. garyoph.* ℥ i.
coriandri præpar. specier. dianthos an. ℈ iiij.
cubeb. nucis mosch. an. ℈ ii.
cinnam. electi ℥. ß.
garyophyl. ℈. ß.
sacchari in aqua maioranæ dissoluti ℥ iii.
f. tabulæ ℥ ii. *pondere.*

In compositione eiusmodi tabellarum communiter pro ℥ i. specierum sacchari ℥ i. vel ℥ i. ß. prout puluis suauior vel ingratior, misceatur.

Ad expectorationem promouendam, arteriam, faucesque leniendas, & renum intemperiem calidam corrigendam, habentur tabellæ diatragacanthi frigidi, becchicæ, diaireos simp. vel compositæ: quarum vna ore detineatur, vt sensim liquescat; & deglutiatur, vel contrita in aqua hor-

dei

lei, vel decocto pectorali leniente & refrigeran-
te, vt sebesten, seminib. frigid. & papau. albi, vio-
lar. nymph. exhibeatur: Vel hoc modo pa-
rentur.

℞. *Rad. ireos florent.* ℈ j.
rad. enulæ, cinnamom. an. ℈. ß.
sem. melonum, liquir. rasæ pulu. an. ℈ j.
cum saccharo in aqua scabiosæ vel marrubii dissoluto, fiant tabellæ ʒ ii. *pondere.*

Ad sputum sanguinis ex incrassantibus & ad-
stringentibus parantur:

℞. *Boli armeni in aqua rosar. vel plantag. lotæ* ʒ. ß.
terræ sigillatæ lotæ, coralli vtriusque, lapid. hæmatitidis an. ℈ j.
succi glycyrrhizæ ʒ. ß.
cum saccharo in aqua rosar. dissoluto fiant tabellæ:

quarum vna frequenter in ore detineatur.

Cordi calido conueniunt diamargarit. frigi-
dum, diatriasantalon, manus Christi perlarum.
Frigido vero diamargar. calidum de gemmis, di-
ambra, lætificans Galeni.

Ad sincopen:

℞. *Puluer. diamargar. frigidi* ʒ. ß.
rasuræ eboris, ossis de corde cerui an. ℈ i.
margaritar. elect. corall. præpar. an. gr. xv.
cum saccharo in aqua rosar. dissoluto fiant tabellæ.

Vẽtriculo calidiori conueniũt diarhodon abb.
dia-

diatragacanthum frigidum, diatriasantalon, vel ex puluere aliquo refrigerante admixto, vt:

℞. *Specier. diarhodi Abbatis ℥ j.*
sem. quatuor frigidor. maior. an. ℈. ß.
cum saccharo in aqua endiu. dissol. f. tabellæ.

Ventriculo frigidiori prosunt tabell. aromat. ros. garyophylati, diazingiber. diatriapipereon, diagalanga, diacymin. dianisum, electuarium ducis, pulueris post pastum tabulati. His si alui profluuium adsit, non vtendum: aperiendo enim & attenuando obessent. Tunc ergo præstabit vti cortice citri condito, in senibus zingibere condito, vel syrupo de mentha.

Hepati calidiori & obstructione laboranti diatriasantalon duplicato vel triplicato rhabarb. diarhodon abbatis; eodem refrigerato, ea, quæ ventriculo præscripta sunt, maxime diacurcuma, dialacca.

Lieni vero eadem, quæ & epati, vsui erunt: vel si cum media parte specierum dictarum tabularum, alteram partem trochiscorum de capparibus misceas, cum saccharo in aq. fumariæ vel scolopendriæ dissoluto.

Renibus arenosis post sufficientem purgationem, electuar. ducis, iustini & lithontribi. Nunc & ex terebinthina cocta pul. tabellæ fiunt.

Vtero denique refrigerato diacalamenthum, de gemmis, diambræ.

Flatibus vero intestina molestantibus diacyminum, dianisum, diagalanga, tabulæ ex oleo anisi, vel ex oleo fœniculi. Seruantur tabulata in arculis ex tilia confectis, aut simili materia inodora. Re-

ra. Reponuntur loco ſicco & calido, & ad menſes ſex reſeruantur. Exhibentur purgantes tribus vel 4. horis ante cibum: aliæ vero 2. vel tribus. Doſis purgantium vt plurimum eſt ℥. ß. interdum plus minusve pro ſumentis viribus, per ſe vel trita in iuſculo aut aqua conuenienti. ceterarum vero exhibentur duæ vel tres pro morbi conditione: vt ſi ʒ ij. vel ʒ j. ß. ponderet tabella vna, ſufficiet, cui aliquando cochlear vnum aut duo aquæ conuenientis ſuperbibitur.

De pulueribus.

CAP. XXVIII.

CVm in officinis non ſemper tabellæ præparatæ habeantur, eæque ex pulueribus, quos ſpecies vocant, conficiantur, idcirco ſpecies præparatas habeant, oportet. Quare de pulueribus nunc dicendum erit. Pulueres in officinis vſitati duplices ſunt: Vel enim aſſumuntur, vel extrinſecus admouentur. Illorum multæ ſunt differentiæ vel à partibus, quibus conueniunt, vel ab eorundem effectu, deſumtæ. Ab effectu alii intemperiem emendant calidam, frigidam & humidam: non autem ſiccam: Nam cum pulueres conſiſtentia ſicci ſint, ſiccam intemperiem potius augent, quamvis nonnulli puluere reſumptiuo & pul. diatraga, frig. ad extenuatos & marceſcentes vtantur. Alii humores euacuant, alii concoctionem adiuuant; quidam flatus diſcutiunt, nonnulli obſtructiones liberant, calculum comminuere creduntur, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

propellunt, quidam menſes mouent: alii fluxio-nes omnes ſiſtunt: alii vires recreant.

A Partibus, quidam ſunt capitales, alii cordiales, alii ſtomachici, alii hepatici, alii aliis partibus conueniunt.

Pulueres ſeu ſpecies corroborantes vel alterantes cõficiuntur ex omnib. plantarum partibus, ſuccis arefactis, lapidibus pretioſis, corallis, margaritis, quibusdam metallis, pro cuiuslibet partis vſu. Omnia autem in tenuiſſimum puluerem rediguntur, per ſetaceum ſeu cribrum aliquoties traiiciuntur, & ne vis eorum euaneſcat, in pyxidibus diligenter occluſis reſeruantur.

Vſus tempore, qui ſuauiores ſunt, exhibentur vel per ſe. Sic pulueri, qui concoctionem adiuuare debet, nihil ſuperbibendum. Vel cum vino, vel alio liquore aliquo. Qui vero inſuaues ſunt, cum ſaccharo ſumuntur: eiusmodi ſpecies plures in officinis habentur, eiusdem cũ tabellis nominis, vt ſunt ſpecies tab. nuc. moſc. diambræ, diamargariti, diamoſchi, diarhodi, triaſantali, aromatici roſati, diagalangæ, diacymini, dianiſi & ſimiles, ex quibus ſecundum Medici præſcriptum cum ſaccharo, vel ex vno genere ſpecierum, vel plurium tabellæ conficiuntur.

Exempli gratia, capite per conſenſum ventriculi laborante;

℞. *Specier. dianthos, aromatici roſ. garyoph. an.* ℥ i.
cinamom. electi ℥. ß.
coriandri præpar. ℈ iiii.
cubebar. nucis moſch. an. ℈ ii.

gary-

garyophyll. ℈ i.
sacchari Maderensis ℥ vj.
f. tabellæ ʒ ii. *pondere*,

quarum vsus est mane horis aliquot ante cibum.

Sic etiam species hæ misceri possunt syrupis, pilulis, conseruis, conditis, opiatis & similibus medicamentis, quibus etiam apozemata aromatizātur. Sic ad hepatis & renum intemperiem calidam corrigendam

℞. *Specier. diatrag. frig.* ʒ i.
specier. triasant. ℈ ii.
semin. papau. albi, endiuiæ, flor. nymphea. viol. an. ℈ i.
cum saccharo in aqua endiuiæ dissoluto f. tabellæ.

Ad horum puluerum imitationem pro re natā Medici alios præscribunt, vt ad Epilepsiam:

℞. *Cranii human. pulueriz.* ʒ ii.
radic. & sem. pœoniæ an. ʒ ß.
visci quercini ℈ ii.
rad. angelicæ ℈ i.
sacchari triplum, fiat puluis, cuius dosis ʒ i. *cum aq. pœoniæ vel betonicæ exhibeatur horis tribus ante cibum.*

Ad visum acuendum:

℞. *Folior. euphrasiæ* ℥ i.
maceris ℥ ij.
flor. rosmar. sem. fœniculi, verbenæ siccæ, an. ʒ i. ß.
piperis ℈ ii.
f. puluis, qui cum aqua fœniculi vel euphrasiæ mane ante cibum sumitur,

Vel huius pulueris addito ſaccharo ; loco ſalis cum cibis vſus eſſe poteſt.

Ad cordis affectus paratur ex raſura cornu cerui, oſſe de corde cerui, ebore, vniconu. Sic etiam ex fragmentis pretioſorum lapidum, margaritis; item ex floribus nympheæ, violarum, ſemine citri & ſaccharo roſato excipiuntur. Sic etiam aduerſus aeris contagia ex radicibus zedoariæ, pimpinellæ, angelicæ, valerianæ, foliis ſcordii, dictamni cretici, florib. borragin. bugloſſ. calendulæ, cum tantillo boli armeni, quibus cælo frigidiore vtimur: calidiore vero ex refrigerantibus, vt floribus roſar. violar. nymph. bugloſſ. borraginis, oſſe de corde cerui, corallio, margaritis, & cum aq. roſar. vel violarum exhibentur.

Ad vlcus pulmonum detergendum, ſiccandum & adſtringendum, ex cinere cancrorum, bolo armenio, terra ſigillata, gummi tragacanthi. Sic etiam ad intemperiem calidam corrigendam, additur ſemen papau. albi, melonum, cucumeris. Ad detergendum pulu. liquiritiæ, ſacchar. roſat. & manne cum lacte caprino vel aſinino exhibentur. In pleuritide puluis ex dente apri & priapo cerui vel tauri, cum aq. cardui mariæ incipiente fluxione exhiberi poteſt.

Ad ventriculum imbecilliorem & laxiorem:

℞. *Sem. coriand. præpar.* ℥. ß.
ſem. aniſi, fœniculi an. ℥ ij.
coralli vtriusque, corticis citri ſicci, carnis cydonior. ſiccor. ℥ i.
ſacchari duplum. f. puluis craßiuſculus,

cui in ventriculo frigidiore cinnamomi electi ℈ i.

℈ i. addi poteſt. Huius cochleare vnum ante cibum ſumatur.

Ad iuuandam concoctionem ventriculi talis parabitur:

℞. *Coriandi præpar.* ℥ j. ß.
fœniculi. ℥ j.
aniſi, cinamomi, an. ℥. ß.
ſacchari roſati quadrup. f. puluis,

quo ſtatim à cibo vtatur, nihil ſuperbibendo. Sunt tamen, qui medicamenta coctionem iuuantia malint ante cibum ſumere, eo quod vi ſua attenuante & calida chylum crudum celerius diſtribuant, & pro cruditate ventriculi aliis partibus communicent crudum alimentum. Verum frequentiſſimus puluis, qui à cibo ſumitur, is eſt, quem communiter puluerem poſt paſtum vocant, cuius variæ deſcriptiones. Alii ex ſeminibus fœniculi, aniſi, coriandri æquis partibus addito micæ panis albiſſ. in furno ſiccatæ & pulu. quadruplo cum ſaccharo, nonnihil quoq; carnis cydoniorum ad vapores deprimendos.

Ad colicam flatulentam proſunt ſpecies diacalamenthi, diacymini, aromatici roſati: Vel

℞. *Rad. enulæ, galangæ an.* ℥. ß.
ſpecier. aromatici roſati ℈ i.
cum vino Hippocratico exhibe.

Ad dolorem nephriticum, arenulas & calculos minores promouendos parantur ex diuerſis ſupra propoſitis, exempli gratia:

℞. *Nucleor. meſpilor. combuſtor. & in vino albo macerat. rad. eryngii, gummi tragacanthi an.* ℥. ß.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

quatuor sem. frigidor. maior. pulu. liquiritiæ, sem. saxifragiæ, milii solis, genistæ an. ℈ i.
sem. altheæ ʒ ii.
sacchari ℥. ß. *f. puluis.*

Exhibeatur ʒ i. cum aqua potentillæ siue argentinæ, vel parietariæ vel corticis fabarũ, vel ononydis; Vel exhiberi potest puluis maxillæ lucii: Vel:

℞. *Specier. lithontribi* ʒ j. ß.
pulueris baccar. iuniperi, oculor. cancri, an. ℥. j.
lapidis iudaici ℈ i.
f. puluis;

quibus præcautionis ergo vtendum, si prius diebus aliquot ante syrup. de althæa fuerit exhibitus. At doloribus præsentibus, nisi vrina sit suppressa, abstinendum: Vel

℞ *Sem. coriand. præpar.* ʒ j.
sem. fœnicul. anisi, an. ℥. ß.
vrticæ ℈ ii.
oculor. cancr. ℈ i.
nuc. persic. nr. ij.
sacchari Maderensis ʒ i.
f. puluis tenuissimus,
qui cum aqua ononydis assumatur.

Sic ad menstrua mouenda:

℞. *Limaturæ chalybis bene præpar.* ʒ ii.
specier. aromatici ros. ℈ ii.
vel tantundem diamoschi, rad. & sem. pæoniæ, rubiæ tinctorum, an. ℥. ß.
sacchari quadruplum.

Dosis erit ʒ i. cum aqua pulegii vel hyssopi vel arthemisiæ vel vino albo. Quod si vero chalybem metuas, limaturam eius per noctem in liquore mace-

macerabis, dein percolabis, & cum hoc liquore puluerem conuenientem exhibebis. Notandum tamen, eiusmodi pulueribus tam in nephritide, quam mensibus mouendis non, nisi vniuersalibus præmissis, vtendum esse.

Quidam vero expurgantes humores in officinis habentur, quales sunt puluis folior. sennæ, hieræ picræ, hierę cũ agarico, diacoloquinthid. puluis sennę, qui *ex foliis sennæ in puluerem contritis* ℥ i. ß. *zingiberis, maceris an.* ʒ iij. *tartari vini albi* ʒ i. ß. componitur, humores crassos & adustos euacuat. Dosis est à ʒ i. ad ij. cum iusculo carnium, vel decocto conuenienti. Quod si generosius velis & pituitam bilemq; flauam euacuare:

℞. *Pulueris sennæ* ℥ j. *sem. cartham. excortic.* ʒ. ß.
diagrydii ℈ j.
salis Indi ʒ i.
maceris ℈ ii.
cinnamom. ℈ i. *f. puluis.*

Sic & puluis hermodactylorum in affectibus articulorum in robustis præcautionis loco exhibetur, cuius hæc forma est:

℞. *Hermodactyl.* ℥ i.
cinnamom. zingiberis. anisi, an. ʒ i. ß.
salis Indi ʒ i.
diagrydii ʒ. ß.
fiat puluis.

Dosis à ʒ i. ad ʒ ii.

Sic etiam pulueris hieræ picræ à ʒ i. ad ii. in humidiore ventriculo vsus. Parari etiam possunt pulueres ad eorum similitudinem. Vt ad purgandam bilem & pituitam:

℞. *Rhabarb. electi* ℥ iij.
masticis, spicæ an. gr. iiij.
turpethi electi ℨ. ß.
sacchari ad pondus omnium. fiat puluis.

Dosis est ℨ j. ß.

De antidotis mollibus & electuariis siue opiatis vulgo dictis.

Cap. XXIX.

Antidotis siccis & solidiore forma confectis succedunt liquida, quæ vulgo Electuaria dicuntur, & à multis opiatæ molles nominātur. Veteribus tamen opiata medicamenta dicebantur, quod opium recipiebant; cuiusmodi est theriaca, mithridatium, philonium Romanum & alia id genus medicamenta, quæ propter fluxionis vehementiam & acrimoniam, doloris quinetiam magnitudinem, opium recipiunt. Recentiores opiatæ nomē vsurpant pro quauis confectione molli, mellis consistentiam habente. Verum rectius, si electuarium molle dixeris, vel iubeas fieri mixturam ad opiatæ consistentiam. Proinde plures differentiæ existunt: Aliæ enim sunt purgantes, aliæ alterantes, aliæ roborātes, aliæ deniq; anodynæ & narcoticæ, quib. proprie nomē opiatæ competit. Antidota purgantia parantur ex pulueribus simpliciū purgantium, vel ex vsitatis electuariis siccis purgantibus, vel omnibus simul saccharo dissoluto, melle vel syrupo aliquo conditis, ea proportione, vt ad ℨ j. puluerum ℥ j. aut ℥ j. ß. liquorum affundatur.

Notan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Notandum tamen, vt ſemper aliquid, quod ſtomachum roboret, cum pleraque purgantia ſtomacho aduerſentur, admiſceatur. Habentur autem in officinis aluum emollientia, diaprunum ſimplex & compoſit. quæ ad aluum leniendam & in acutis febribus à ℥ iij ad vj exhibentur. Electuarium ſolutiuum ſeu diaſenna, diamanna. Sic parari poteſt leniens ex caſſia recenter extracta & ſaccharo partibus æqualibus. Phlegmagoga ſunt diaphenicum, hiera picra Galeni, vel cum agarico, benedicta laxatiu. electuarium Indum minus. Cholagoga, electuar. de ſucco roſarum, de pſyllio, de ſebeſten. Melanagoga, diaſenna, confectio hamech, hiera logadi. Ad horum imitationem parari poſſunt ex conſeruis aluum lenientibus, ex pulpa caſſiæ hoc pacto:

℞. *Caſſiæ recent. extract.* ℥ ij.
conſeru. violar. & bugloſſæ an. ℥. ß. *miſce,*
Doſis eſt ℥ i. *ante cibum.*

Et ſi ventriculus flatulentus ſit, cinamomi ʒ j. vel ſpecier. diarhodi abbatis ʒ ij. addantur.

Conficiuntur etiam maiori artificio, vt:

℞. *Rad. quinque aperitiu. an.* ℥. ß.
cichorij totius, ſcariolæ, maluæ, bugloſſ. borrag. an. m. i.
prunor. damaſcen. ſebeſten. an. num. xii.
quatuor ſemin. frigidor. maior. vt fœnicul. an. ʒ ii.
flor. violar. roſar. pallid. an. m. i.
coquantur in ſufficiente quantitate aquæ ad quartaria iii.
in colatura infunde folior. ſen. mundat. ℥ iii.

f. ebullitio & expreßio, in qua dissolue s-
chari quartaria iij.
f. syrupus perfecte coctus. Dein adde caßiæ re-
center extract. ℥ iii.
pulu. diarhodi abb. ℥ i.ß.
f. electuarium ad consistentiam opiatæ.

Dosis ℥ vi. vel ℥ ß. Efficacior erit, si folior. senn. puluerif. ℥ ß. addas.

Vsus horum electuariorũ in iis, in quibus aluu natura adstrictior & clysterum vsus molestus est, & qui morbis periodicis obnoxii sunt.

Alterum genus ad alterandum & confortandum fit ex aromatibus & simplicibus conuenientibus tritis, vel pulueribus, quos species in officinis vocant, mixtis cum saccharo dissoluto aut melle, vel ex conseruis appropriatis. Mixturæ talis ratio est, vt ad ℥ i. puluerum, liquoris ℥ i. vel ℥ i.ß misceantur.

Ad ventriculũ refrigerandũ parabitur hoc pacto:

℞. *Conseru. flor. betonic. rosmarin. an.* ℥ ii.
acori conditi ℥ i.ß.
spec. arom. rosati & diarhodi abbat. an. ℥ ß.
cum syrupo de conserua citri f. electuarium ad consistentiam opiatæ, cuius vsus sit hora vna ante cibum. Quod si intemperies maior sit, tum *zingeberis conditi* ℥ i.ß. *pulueris aromatici rosati garyophyllati* ℈ i. *addi potest.*

Sic ad ventriculum frigidum & humidum:

℞. *Conseruæ rosar.* ℥ ß.
mirobalan. chebulor. conditorum cortic. citri conditor. an. ℥ i.ß.
specier. diamoschi, cornu ceruini vsti an. ℈ i.

cum

cum syrupo myrtillorum f. opiata.

Sic in lienteria, diarrhoea, dysenteria, præmissa purgatione talis electuarii vsus esto:

℞. *Conseru. rosar. antiquissimæ, myrobalan. conditor. an.* ℥ ii.
coralli vtriusque, cornu ceruini vsti, terræ sigillatæ, boli arm. lotæ in aq. rosar. aut plantagin. an. ℈ i.
cum syrupo cydoniorum fiat electuarium.

Verum confortantia electuaria duum sunt generum, aut Vsualia, quæ iam parata habentur; aut Magistralia, quæ ex mixtione diuersorum pro iudicio Medici conficiuntur.

Vsualia sunt, quæ ex pulueribus præcedenti capite explicatis cum syrupo conueniente vel melle miscentur.

Magistrale confortans caput:

℞. *Conseru. maioran. flor. betonic. rorismar. an.* ℥. ß.
cum syrup. de stoechade f. electuar. molle vel mixtura ad formam opiatæ.

Ad corroborationem cordis:

℞. *Conseru. flor. borrag. & bugloß. an.* ℥. vi.
spec. diamarg. calidi ℥ i.
cortic. citri conditor. ℥. ß.
cum syrupo de acetositate citri f. electuarium.

Pro melancholicis ad hilaritatem excitandam & lienem corroborandum:

℞. *Conseru. melissæ, ceterach. flor. borrag. & bugloss. an.* ℥ i.
conseru. maioran. flor. betonic. an. ℥. ß.
cortic. citri condit. ℥ i. ß.

speci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

specier. aromatic. rosati garyophyllati, diarhod. Abbatis an. ℥ ij.
cum syrupo de acetos. citri q.s. fiat mixtura.

Paratur etiam ad melancholicum affectum, suffocationem hystericam, palpitationem cordis, aut omnibus his affectibus complicatis, tale:

℞. *Conser. flor. violar. bugloss. borrag. melissæ an.* ℥ iij.
mithridatii ℥ ii.
cum syrupo de pomis. f. electuarium molle.

Commendatur etiam confectio Alkermes, vt & ad animi deliquium. Cauendum tamen, ne febre aut capitis dolore præsente vtamur, idque propter ambram & moschum, quæ recipit.

Anodyna denique electuaria duplicia sunt. Quædam Anodyna & παρηγορικὰ veteribus dicta, quæ dolores mitigant: Quædam vero fortiora, quæ narcotica, id est, stupefacientia dicuntur, quibus opiatæ nomen, cum opium recipiant, recte conuenit. Eiusmodi opiatæ in officinis paratæ habentur, athanasia, aurea Alexandrina, theriaca recens, mithridatium, philonium Romanum, requies Nicolai, tryphera magna.

Possumus etiam ad dolorē sedandum & somnum conciliandum cum conseruis, scopo accommodatis, vt vel maioranæ vel betonicę, aliquid requiei Nicolai vel philonii aut opii gr.i. vel ii. pro dosi vna addere: Vel:

℞. *Theriacæ optim. & mithridatii, an.* ℈. ß.
opii gr.ii.

con-

conseru. anthos ℈ i. *misce.*

Hæc est nostra theriaca diatessaron noua.

Vsus autem narcoticorum est in magnis doloribus, præsertim colicis. Verum hæc etiam non dolorem solum sedant & somnum conciliant, sed etiam destillationes & fluxiones diuersarum partium, vt alui, vteri &c. Veteres ad nucis auellanæ magnitudinem exhibebant. Vera tamen dosis est à ℈ i. ad ʒ i. exhibendo hora somni & aliquid vini superbibendo, vel cum vino miscendo: Quemadmodum extracti philonii dosis est ℈. ß.

Aduertendum tandem in opiatis narcoticis conficiendis non minorem quam in purgantibus diligentiam adhibendam esse, ne opium vna in parte subsistat, sed diligenter commisceatur. Hæc in vase stanneo, & quidem loco temperato ad siccitatem declinante, reponi debet: & quemadmodum cōmuniter in decennium viribus cōstat; sic etiam non facile ante semestre exhiberi debent. Quare operculi cauo mixtionis tempus inscribi debet. Sed hac de re plenius *in tractatu nostro de theriaca.*

De conseruis.

Cap. XXX.

Conseruæ sunt flores vel herbæ exactissime concisæ vel contusæ, & saccharo mixtæ, quæ vel calefaciunt, vel refrigerant. Eiusmodi habentur in officinis. Calefacientes quidem caput, conserua flor. rorismar. quæ anthos dicitur, betonicæ, stoechad. saluiæ, pœoniæ, primulæ veris, herbarum, majoranæ, radic. acori, Pectus, hyssopi, meliss.

meliss.capilli Veneris. Cor, flor. borrag. bugloss. anthos: herbar. meliss. scabios. Ventriculum, herbar. absynth. menth. rad. enulæ. Hepar, conseru. absynth. fumariæ. Splenem, conseru. ceterach, fumariæ. Vterum, conseru. maioran. meliss. anthos. Articulos, flor. stoechad. rorismarini. Ad lumbricos pellend. conseru. flor. persicorum.

Refrigerantes caput conseru. flor. nympheæ: Corroborantes, rosar. violar. Pectus, flor. violar. Cor, violar. rosar. herbæ acetos. Ventriculum, splenem, renes, vterum, iuncturas, conseru. flor. rosar. vel violar. Hepar conseru. flor. cichorii. rosar. violarum.

Conficiuntur autem hoc pacto. Floribus vel radicibus vel herbis concisis additur saccharum, quæ mortario bene mundato simul iniiciuntur, miscentur, conduntur, dein soli ad aliquot dies exponuntur. Cauendum tamen, ne vas ad summum repleatur, ne fermentando diffluat, quod in conserua florum borrag. vel buglossi potissimum vsuuenit. Singulis vnciis materierum sacchari libræ duæ addantur. Si vero herbæ vel natura vel ratione cœli aridiores sint, cum non facile cum saccharo commisceantur, saccharum vltra syrupi consistentiam coquendum, dein super prunas aliquandiu simul miscenda. Vasis vitreis vel fictilibus densis, bene obturatis indenda, & sic ad annum vel biennium asseruari possunt. Aliæ namque conseruæ, vt rosarum, diutius conseruari possunt. Aliæ cito corrumpuntur, vel acescendo, vel arescendo, ita vt in superficie tanquam à vermiculis corrosæ videantur, quod

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

in conseruis violarum, buglosſ. borrag. frequenter cõſpicitur. Odor tamen & ſapor de bonitate rectius iudicabunt.

Vſus earum præcipue diluculo & in introitu lecti, quantitate nucis iuglandis, vel per ſe vel admixtis ſpeciebus aromaticis parti affectæ appropriatis & robur addentibus, quæ ſimul ſyrupo excipiuntur.

Exemplum ad capitis frigidioris & humidioris corroborationem:

℞. *Conſeru. flor. beton.* ℥ i.
conſ. flor. ſalu. roriſm. an. ℥ ß.
ſpecier. tabul. nucis moſch. ʒ ij.
cum ſyrupo de ſtoechad. fiat mixtura.

In Hepate calidiore:

℞. *Conſeru. flor. cichorii.* ℥ ii.
ſpecier. triaſantali ʒ ij.
cum ſyrupo de acetoſa, miſceantur.

De conditis.

Cap. XXXI.

Condita appellant eas confectiones, quæ ex ſimplicibus ſaccharo conditis fiunt, quæ ab opiatis differunt in eo, quod hæ ſyrupum recipiãt: Illæ vero loco ſyrupi ſaccharum. Dein conditi cõſiſtentia minus mollis, quam opiatæ. Minus etiam ſicca, quam puluis.

Fiunt vero ex floribus, fructibus, radicibus, corcordicib. Ex floribus minutiſſ. inciſis vel tuſis & ſaccharo conditis. Pauci enim flores integri ſeruantur, vt Arantiorum. Quidam & roſarum folia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

folia integra condiunt: capparorum flores & geniſtæ ſale & aceto condiuntur.

Fructus condiuntur dupliciter, vel à cordice & oſſibus repurgati, æquis partibus cum ſaccharo & aqua lento igne coquntur, donec ſaccharum totam fructuum ſubſtantiam penetrarit, & ad iuſtam coctionem perducti ſint: quod deprehenditur, ſi iulepus digitis ductus fila tenuia mittat.

Peregrini vero macerati primum, dein cocti cum iulepo dilutiore, quem longum vocant, condiuntur: & ad ſingulas iulepi libras, pulpæ ℥ iiij. adiiciuntur, lento igne coquuntur, donec ad rectam conſiſtentiã ſint perducti, vt nec nimium liquidi, nec nimia coctione aridi ſint redditi. Quod cognoſcitur, ſi guttula in marmore effuſa & refrigerata, manus non inquinet.

Radices condiuntur expurgatæ cortice exteriori & in partes ſectæ, dein in iulepo dilutiore coquuntur, eo modo, vt fructus: Peregrinæ vero humectantur prius, dein condiuntur.

Cortices etiam condiuntur, amarorum quidem, vt citriorum, limonum. Primum diebus aliquot aqua macerantur, ſæpius aqua mutata: dein aq. incoquuntur, donec molleſcant, mox in aquam recentem ſemel atque iterum iniiciuntur; poſtemo in iulepum aut mel, cui multa aqua ſit admixta iniecti ad iuſtam craſſitiem coquntur, pyxidibus aut vaſis bene obturatis reponuntur. In annum aut biennium conſeruari poſſunt: cortices vero diutius. Quare alia ſimplia, alia compoſita in officinis habentur.

Simplicia condita vel calefaciunt, vel refrigerant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

rant, vt calefacientia & corroborantia cor, nux moſchata condita, citria condita, myrobalani chebuli conditi. Ventriculum, zingiber condit. nux moſchata, rad. calami, rad. acori, iuglandes. Renes vero radix eryngii condita. Refrigerantia & corroborantia ventriculum myrobalani emblici, meſpila, ceraſa, ſorba, pyra, pruna. Iecur vero radices cichor. condit.

Compoſita vero pauca habentur in officinis; vt corpus calefaciens diacitonites compoſ. Purgantia, diacitonites purgans. Ad ſimilitudinem horum fiat conditum compoſitum ad cordis affectus.

℞. *Conſeru. meliſſ. bugloſſ. borrag. an.* ℥ iii.
raſuræ eboris, cornu cerui, margarit. elect. oſſis de corde cerui an. ℈ i.
ſpecier. diamargarit. calid. ʒ. ß.
cum ſaccharo roſato fiat conditum.

Sumatur cochlear hora j. ante cibum.

Ad corroborandum ventriculum:

℞. *Corticum citri conditor. ſiccor.* ℥ ß.
carnis nucis moſch. condit. ʒ. i.
nucis condit. numero j.
conſeru. roſar. ℥ ii.
ſacchari roſati ad quantitatem omnium, f. conditum.

Huius vſus hora j. mane, & veſperi ante cibum ad cochlear vnum.

Ad aluum conſtringendam:

℞. *Carnis cydonior ſiccæ* ℥ ii.
coralli vtriusque, ſemin plantag. an. ℈ i.
conſeru. roſar. cornorum an. ʒ. ß.

M *ſpecier.*

specier. diarhodi abbatis ʒ. ß.
cum syrupo cydonior. vel myrtillorum, vel de rosis siccis. f. conditum.

Addi possunt huic condito terra sigillata, polus armena, sed tum quantitas conseruarum augenda, ita vt puluerum ʒ i. ß. ad conseru. ℥ i. sit quantitas. Quod si ventriculus plus æquo calidior sit:

℞. *Conseru ros. ℥ j.*
conseru. violar. ℥. ß.
pulu. diamargariti frigid. & diatragacanthi frigidi an. ℈ ii.
cum saccharo rosato, fiat conditum.

Sic etiam interdum præscribuntur composita ex conseruis, conditis fructuum, corticum, radicum, speciebus & saccharo. Sic tamen vt conseruæ ℥ ij. aut iij. specierum, si acres sint, ℥ j. si lenes ℥ j. ß. sacchari q. s. Auri folia 3. aut 4. pro diuitibus adduntur: cauendum etiam, ne quid palato nimis ingratum admisceatur.

De Trochiscis siue Pastillis.

CAP. XXXII.

a *Auctar.* 5. *method.* 1.

b *Cels. lib.* 5. *cap.* 17.

Τροχίσκους Græci vocant à figura circulari *a*, quã obtinent. Hinc à quibusdam κυκλίσκοι dicuntur. Latini à figura orbiculari orbiculos seu pastillos *b*, licet communiter ad lupinorum formam effingantur, circumferentia nonnunquam rotunda, nonnunquam angulari, vtraque tamen superficie plana, qui præcipue ad simplicium conseruationem inuenti sunt.

Materia trochiscorum sunt succi, sunt etiam omnis

omnis generis medicamenta, vt ex Galeno *c* constat, quæ trita, vel liquore vel mucilagine aliqua excipi, & in vmbra desiccari possunt, qui facile asseruantur, cumque iis vtendum est, humore aliquo conuenienti diluuntur. Dantur tamen, qui non comminuta recipiunt, vt sunt trochisci de vipera, ex carne viperarum, trochisci è squilla, qui squillam recipiunt. Differunt tamen hi à prioribus, quod per se in vsum non veniant, sed antidotis magnis miscentur.

c 5. de comp. med. secundum genera.

Genus eorum triplex est, sicut ex antyllo Oribasius *d*, Paulus *e* & Myrepsius *f* tradiderunt: Alii sunt potabiles, alii in aluum iniiciuntur, alii illinuntur. Eorum, qui bibuntur, alii aluum comprimunt, aut sanguinem, aut aliam fluxionem refrigerando, adstringendo, opplendo, vel desiccando: alii dolores mitigant vel obstupefaciendo, vel humores diffundendo: alii renes, lienem aut iecur obstructione liberant. Eorum, qui in aluum iniiciuntur, alii acrimoniam obtundunt, alii adstringunt, alii sanguinis profluuium sistunt, alii adurunt. Similiter vero & qui oblinuntur, ad vsum ex iis aliquem adhibentur.

d 10. collect. 24.
e lib. 7. c. 12.
f sect. 41. in init.

Trochisci purgandi facultate præditi in officinis habentur, vt sunt trochisci de agarico, confecti ex agarico laryceo albissimo, in vino macerato, cum pauco zingibere. Trochisci alhandal, quib. potissimum in suppositoriis vtimur. Alii obstructiones cũ leui adstrictione aperiunt, vt trochisci de rhabar. trochisc. ramich. Alii sine adstrictione idẽ præstant, vt hepatis, trochisci de eupatorio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

de abſynth. Lienis, trochiſci de capparibus. Vteri trochiſci de myrrha, qui ad menſes ciendos tam per os exhibentur, quam ad ſuffitum vſurpantur.

Alii vero fluxiones, vt ſanguinem vndiquaque promanantem, cohibent, vt trochiſci de carabe, de terra ſigillata, de bolo armeno. Sic quidam immodicos ſudores ſiſtũt, vt trochiſci de camphora.

Rurſus quidam calefaciunt, vt trochiſci de gallia moſchata, qui in morbis frigidis tam cerebri, quam cordis vſurpantur. Quidam refrigerant & partium intemperiem corrigunt.

Quidam renibus exulceratis & dolentibus proſunt. Eiusmodi ſunt trochiſci de alkekengi, qui & ſine & cum opio conficiuntur, quibus & in ardore vrinæ vtimur. Qui vel in conuenienti liquore, vel in lacte caprino, vel ſyrupo accommodato à ℈ ij. ad ʒ i. exhibentur.

Exhibentur autem anodyni quidem in introitu lecti. Deobſtruentes vero horis matutinis, ſanguinem ſiſtentes neceſſitate requirente. Ad horum imitationem trochiſcis in conuenienti liquore diſſolutis ad ciendos menſes talis potiuncula parari poteſt:

℞. *Trochiſcor. de myrrha pulueriz. ʒ i.*
exhibe cum vino albo, vel in ſyrupo de hyſſopo ℥ i.
vel cum aq. arthemiſ.

duabus aut tribus ante cibum horis, quemadmodum & ceteri exhiberi ſolent.

Sic ad ſanguinem ſiſtendum:

℞. *Trochiſcor. de bolo armẽ. & de carab. pul. an. ʒ. ß.*
ſyrupi cydonior. ℥ j.

aq.

aq. plantag. ℥ ij.
misce, exhibeatur, præmissa tamen euacuatione.

Vel hoc pacto:

℞. *Corallii vtriusq; lapid. hæmathitid. carab. an.* ℈. ß.
trochisc. de terra sigillat. ℈ ii.
sacchari rosati ℥ ij.
aq. portulacæ & rosarum an. ℥ j. ß. *f. haustus.*

Quod si trochisci prædicti vel non habeantur, vel vetustiores sint, recentes præscribere oportet, vt, e g. Ad menses ciendos:

℞. *Radic. dictamni, pœoniæ & sem. eius an.* ʒ. ß.
myrrhæ ʒ i.
cinnamomi ℈ i.
omnibus contusis cum syrupo de arthemisia fiant trochisci.

Aliud genus est eorum, qui in affectibus faucium, asperæ arteriæ & pulmonum, vsurpantur, qui ore retinentur & deglutiuntur, vt sunt trochisci becchici albi & nigri. Quare & pilulæ hypoglotides & medicamenta arteriacea g dicuntur, quo partes illæ suo lentore leniant. g *Æginet. l. 3. c. 28. Aet. tetr. 2. serm. 4. c. 51.*

Ex gummi tragacantho, amylo, saccharo & aq. ros. fiunt. Ad faucium asperitatem à destillatione calida caussatam:

℞. *Semin. quatuor maior. frigid. excortic. sem. papau. albi an* ʒ iii.
violar. puluer. ʒ i. ß.
cum mucilagine seminis psyllii in aq. violar. extract.

vel cum syrupo violato, fiant trochisci, qui sub lingua detineantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Ad destillationem acrem sistendam:

℞. *Boli armen.* ℥ ii.
gummi Arab. ℥ iij.
cum mulcilag. gummi tragacanth. q. s. f. trochisci.

Vel:

℞. *Tab. diatragacanthi frigid.* ℥ i. ß.
boli arm. loti in aqua rosar. ℥ i. ß.
terræ sigillatæ lotæ ℨ. ß.
cum syrup. myrtillor. fiant trochisci lupinis similes, qui in vmbra siccantur.

Quod si ob continuam tussim somnus impediatur, opii aliquid cum sapa aut vino generoso dissoluto addi poterit.

Ad sputum sanguinis:

℞. *Trochisc. de carab.* ℨ i.
de bolo armen. & terra sigillat. an. ℈ ii.
lapid. hæmatitid. & coralli vtriusque an. ℈ j.
cum syrup. de rosis siccis vel mucilag. sem. cydonior. in aq. rosar. extract. f. trochisci.

Ad vlcus pulmonum abstegendum & agglutinandum:

℞. *Conseru. rad. symphyti, conseru. rosat. veteris an.* ℥ ß.
gummi Arab. & tragacanthi in aqua tussilag. dissolutor an. ℨ i.
pulmonis vulpis bene præparati, cineris cancror. fluuiatil. lotor. vt decet, in aq. rosar. an. ℨ i. ß.
succi liquiritiæ, terræ sigill. boli arm. an. ℈ ij.
semin. pimpinell. ℨ. ß.

pulu.

pulu. rad. ireos florentinæ ℈ j.
ſacchar. roſat. ℥ v.
f. trochiſci, qui in vmbra ſiccentur,
in aq. roſar. diſsoluti.

Denique ad fœtorem oris:

℞. *Pulu. galliæ moſch.* gr. v.
cum ſyrup. de conſeru. citri, vel aqua naphæ, id eſt, aqua ex florib. arantior. elicita, fiant orbiculi.

Vel pro magnatibus:

℞. *Moſchi* ℈ i.
Ambræ ℈ ij.
ſacchari roſati in aq. roſar. diſſoluti ℥ vi.
fiant trochiſci.

D Ecclegmatis ſiue Lohoch.

CAP. XXXIII.

MEdicamentum, quod Latinis Linctus ſiue Illinctus à lingēdo dicitur, id Græci ἔκλειγμα a & ἔκλεικτὸν, ἀπὸ τοῦ λείχειν à lingendo. Nonnulli b ἀρτηριακὸν, alii ἔλειγμα nominant. Arabes Lohoch. Medicamentum eſt, conſiſtentiam mediam, eamque viſcidam habens, & humorem in thoracem delapſum expectorationi idoneum reddens. Etenim glutinoſa quædem recipit, ne præpropere madicamentum in ventriculum deglutiatur, ſed media quadam via ſubſiſtat, & ſic pulmonibus & thoraci aliquid communicetur. Quare lambendo colloque leniter obtorto, quo ſenſim ſe in fauces iuſinuet, aſſumitur. Quare hoc remedium ad faucium, aſperæ arteriæ, præcipue vero thoracis internos & pulmonum affectus inuentum.

a Aegin. lib. 7. cap. 11.
b Gal. 7. compoſ. ſecũdum loca.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

c vide Myrepſ.ſect.13.

Sunt autem alia *c* ſimplicia, alia compoſita. Simplicia ex ſolius medicamenti ſimplicis decocto aut ſucco, & ſaccharo ſeu melle, aliove humore mixto parantur, vt exempli gratia. Lohoch de ſquilla, è ſucci ſquillæ & mellis deſpumati æquis partibus ſimul coctis conficitur. Sic Lohoch de caulibus è ſucco caulium, cum ſapa vini & melle conficitur. Sic Lohoch de pſyllio e mucilag. ſem. ℥ ii. & ſacchari clarificati ℔. i. quod acres delabentes humores inſpiſſat. Sic de tuſſilagine, ex radic. decoctæ contuſæ ℔. i. & mellis ℔. ii. ecclegma abſtergens conficitur: pari pacto Lohoch de althea.

Compoſita vero fructus, gummata & aromata recipiunt: Fructus ſunt vuæ paſſæ, ficus, dactyli, iuiubæ, ſebeſten. Sic ſemina frigida maiora, maluæ, bombacis, papau. albi. Succi, vt ſuccus de liquirit. de ſquilla, de braſſio, de hyſſopo. Gummata, gummi tragacanth. Arabicum. Species, vt diatragacanth. frigid. de penidiis. Sic ſyrupi, violatus, de tuſſilagine, hyſſopo, de iuiubis, de papau. diacodion. Conſeru. violar. roſar. ſcabioſæ, tuſſilaginis, enulæ, nenupharis, ſaccharum item candum, roſaceum, penidium. Fiunt autem ex his contuſis & melle aut ſaccharo coctis, aut ſyrupo aut mucilagine accommodata, excipiuntur ad mediam cõſiſtentiam mellis, aut pultis inſtar. Rurſus alia ſunt in officinis vſitata, alia vero magiſtralia. In officinis habentur ecclegmata de nucleis pini, quo vtimur in aſthmate ad craſſos & lentos humores incidendos & detergendos, ad quod etiam valet Lohoch ad aſthma dictum. Idem præſtat, ſed ef-

ficacius

ficacius Lohoch ſanum & expertum. Hoc vero fortius, Lohoch de ſquilla. Sic ad ſuſpirioſos & pulmones imbecilles, & vlceratos abſtergendos & conſolidandos, Lohoch de pulmone vulpis. Ad tuſſim & aſperæ arteriæ aſperitatem à catarrho calido, Lohoch de papauere.

Magiſtralia ſunt, quę à Medicis pro re nata pręſcribuntur, pro ratione loci affecti vel cauſſæ, admiſcentes ſyrupos, interdum conſeruas & ſpecies, ea tamen proportione, vt ecclegmatum vſitatorum doſis ſit ab ℥. ß. ad ℥ i, ſpecier. à ʒ iii. ad ℥ i. conſeruarum ab ℥ ii. ad ℥ iii. ſyrupor. q. ſ. ad conſiſtentiam ipſius Lohoch.

Sumuntur & differentiæ ab effectu: quædam enim ad leniendum ſimul & incraſſandum, vt in principio deſtillationis tenuis & acris, pręſcribuntur hoc modo:

℞. *Pulpæ iuiubar.* ℥. ß.
amyli ʒ ii.
gummi Arab. & tragacanthi an. ʒ j.
cum ſyrup. de papau. f. Lohoch.

Vel:

℞. *Spec. electuar. diatragacanth. frigid.* ℥ j.
ſacchari candi & penidii an. ʒ ii.
cum ſyrupo violaceo vel de papau. f. Lohoch.

Vel:

℞. *Iuiubar. mixarum, prunor. damaſcen. an. numero* xii.
ſem. melon. papau. albi, maluæ an. ʒ ii.
flor. violar. p. i.
coquantur ad ℥ iii.
omnia ſimul, per ſetaceum traiiciantur,

conseru.violar.& rosar.an. ℥.ß.
addantur, & cum syrupo de iuiubis q.s.fiat Lohoch.

Ad pituitam impactam & crassam incidendam:

℞. *Spec.diaireos simpl.& diaireos salom.an.* ℥ ii.
lohoch de pino ℥ i.
conseru.enulæ ℥ ß.
oxymel.squill.q.s.ad exceptionem.

Si vero maiore opus sit detersione, quam incisione, detergentium quantitas augenda, & pro oxymelite squillitico syrup. de liquirit. vel de prassio, vel de hyssopo sumendus.

Sic in principio pleuritidis, vbi materia fluit:

℞. *Diatragacanth.frig.* ℥ iii.
penidiar.rec.becchicarum albar.an. ℥ ii.
syrupi violati q.s.

Si vero materia partim fluxa est, partim fluens:

℞. *Specier.diaireos simpl.* ℥.ß.
diatragacanth.frig. ℥ ij.
penidiar.recent. ℥ i.ß.
syrup.de hyssopo q.s.

Detergentia & sputum mouentia conficiuntur ex conserua capillor. Veneris, florib.tussilag. radicibus enulæ, passulis exacinatis, amygdalis dulcibus, pistaciis, nucleis pini, ficubus, dactylis, speciebus, diaireos simpl. & diaireos salom. saccharo candido, syrupo de tussilag. de prassio, de hyssopo, de liquirit.de capill. Veneris, oxymelite, melle &c. Exemplum si febris adsit:

℞. *Spec.diaireos simp.* ℥ j.
specier.diatragacanthi frigid. ℥.ß.

passu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

passular. mundat. amygdalar. dulcium excorticat. & simul contusar. an. ℥ ii.
sacchari candi & penidii an. ℥. i.
cum syrup. de liquiritia. f. Lohoch.

Quod si vero febris absit, materię excipi poterunt vino, vel ipsi fructus cum affusione vini contundi & addita sapa Lohoch fieri.

Ad sputum sanguinis parantur ex conseru. rosar. antiquiss. consolid. maioris, miua cydonior. mucilagine, sem. psyllii, cydonior. in aqua scabiosæ extractæ, trochiscis de terra sigillata, de carabe, de bolo, corallo rubro, lapid. hæmatitide: Ita tamen, vt portio quædam detergentium admisceatur, vt est conserua capillor. Veneris, syrup. de liquirit. & de capillo Veneris.

Vsus ecclegmatum est & ante, & post cibum, potiss. mane & vesperi fabæ quantitate, sumendo cum baculo liquiritiæ, ad alterum extremum contuso, & quidem sensim lambendo. Commodissime autem fiet, si æger supinus iaceat, vel reclinato capite collum tantillum obtorqueat. At si hora somni catarrhum sistentibus & expectorationem impedientibus vsi fuerimus, tum sequenti die mane expectorante & detergente vtimur, vt si forte quid somni tempore in pulmones defluxit, in iis retentum pulmones corrumpat. Reseruari debent ecclegmata vasis figulinis vitratis, simplicia quidem in annum, composita vero ad biennium, modo amgydalas, pineas & pistacia non recipiant, cum hæc breui tempore rancorem acquirant, & nauseabundum medicamentum reddant.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

De pandaleonibus.

CAP XXXIIII.

PAndaleonis & nomen & forma ab Arabibus aut iunioribus inuenta, ad mutationem & formæ remedii, & ad gratificandum ægris, cum ecclegmate propter consistentiam solidiorem & duriorem gratior sit. Materia eadem, quæ etiam tabellarum, à quibus forma duntaxat differt, & ecclegmatum. Componūtur autem hoc pacto:

Fructus, semina, contunduntur, cum pulueribus & conseruis miscentur in pyxide lignea, simul coquunutur, affusso saccharo in conueniente aqua soluto, & ad consistentiam syrupi cocto, quæ omnia in pyxide condensari permittuntur.

Notandum, vbi conseruas commiscere volumus, ne nimis durum reddatur pandaleon, aut conseruarum minuenda quantitas, aut plus saccharum coquendum. Sic & pro pauperibus loco sacchari mel vsurpari potest, & parabuntur ex melle cocto, fortiter agitato, donec saccharo candidius reddatur.

Vsus pandaleonum ad eadem, ad quæ ecclegmatum est, nimirum ad pulmonum & thoracis affectus. Quando vero æger vti volet, cultelli cuspide, aut cochleari frustum aliquod franget, & instar tabellæ ore, quoad liquescat, detinebit, postmodum ecclegmatis instar sensim deglutiat.

Exemplum in affectibus calidis, in quibus materia tenuis est, aut cum febris adest, pastas duras seu pandalea ex saccharo sic conficimus:

℞. Spe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

℞. *Specier. diatragacanth. frigid.* ʒ ij.
sacchari cand. & penidii. an. ʒ. i.
in aq. violar. dissol. fiat pundaleon.

Ad maiorem expectorationem:

℞. *Specier. diaireos simpl.* ʒ j.
diatragacanth. frig. ʒ ij.
sacchari Maderensis, aq. rosar. solut. q. s. f. pandaleon.

In materia crassa ac lenta è thorace educenda:

℞. *Specier. diaireos simpl.* ʒ. ß.
piperis gr. 10.
mellis despumati & cocti, q. s. f. pasta solida vel pandaleon.

Cum conseruis ad expectorationem:

℞. *Conseru. violar. specier. diatrag. frigid. an.* ʒ. ij.
sacchari in aq. scabiosæ dissoluti & perfectè cocti q. s. & vbi fuerit perfectè coctum, conserua primum ponatur & exiccetur paulatim; donec in puluerem redigi posit, qui triturâ nõ eget: ponãtur omnia in pyxide, & f. pandaleon.

Ad expectorationes vero:

℞. *Conseru. enulæ diligenter pistatæ* ʒ ii.
conseru. capill. Veneris ʒ i.
specier. diaireos simpl. ʒ ij.
sacchari in aq. hyssop: dissol. q. s. f. pandaleon.

Sic turiones à Gallis conficiuntur, qui à torrendo dicti videntur: Conficiuntur ex auellanis, vel amygdalis torrefactis, melle cocto exceptis, Vel hoc modo:

℞. *Pinearũ contusar. & auellanar. cõtusar. an.* ʒ. ß.

mellis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

mellis cocti, donec concrescat, quartarium ß. reducantur in formam turionum.

De Pasta regia vel pane Marcio.

CAP. XXXV.

QVod Electuarium regium Mesues nominat, nunc pastam regiam, quia ex hac magnatibus patinæ formantur, & simul cum cibis deuorãtur. Alii placentam siue panem dulciarium, panem Marsicum, alii martium panem, à Gallico mazepan vocant: & in affectibus pulmonum & thoracis ad detergendum sputumque promouendum, vtuntur: maxime vero in phthisi & atrophia, cum ex iis, quæ multum sanguinem generãt, componantur, cuiusmodi sunt amygdal. dulc. excorticatæ, pistac. nuclei pinei, dactylor. pulpa, passulæ exacinatæ, caro capi elixi vel perdicis: quibus additur gummi tragacanthi, amylum &c. Verũ amygdalæ, si detersione opus est, in aqua hordei; si vero nutritione, in iusculo capi, reliqua, vt & amygdalæ, in aq. rosarum macerantur. Dein simul cõtunduntur, sacchari quantitas sufficiens additur, & in massam simul rediguntur, ex qua placentæ diuersarum figurarum efformantur, quę sensim in furno, vel vase cupreo, pane azymo vel charta substrata, ne comburatur, coquuntur. Vulgaris panis amygdalinus ex amygdalis dulcibus mundatis & subtiliter contusis ℔. ß. & sacchari optimi pulverizati ℔. j. affusa ad contusionem aq. rosar. q. s. conficitur.

Pro

Pro affectus neceſſitate materiæ mutatur, aliave admiſcentur. Nam ſi febris adſit, ſemina frigida maiora, recentia, mundata, ſem. endiu. papau. albi ſingul. ʒ. ii. ad ℥ i. amygdalarum. Reliquorum vero fructuum ad ʒ. ß. amyli ʒ i. ß. vel ʒ ij. gummi ʒ j. ß. aut ʒ ii. admiſcebuntur. Vbi vero ſumma fuerit ventriculi refrigeratio, ambræ vel moſchi gr. aliquot, vel ſpecies electuarii diarhodi Abbatis, galliæ moſchatæ, addi poterunt, vt:

℞. *Amygdal. excorticat.* ℥ ij.
nucleor. pineor. piſtaceor. an. ʒ vj.
macerentur in aquæ roſ. deinde ſimul contundantur, adde ſpecier. diatragacanthi frigidi ʒ ß.
cum ſaccharo & aquæ roſ. q. ſ. fiat paſta,

ex qua formæ variæ fieri poſſunt, & vti dictum, coquantur, & æger, quando volet, vtatur.

Sunt qui additis conſeruis, fructibus, penidiis, ſaccharo candido & ſyrupo conficiant, vt:

℞. *Conſeru. roſar.* ℥ ß.
conſeru. capillor. Veneris ʒ vi.
dactylorum, paſſular. mundat. ficuum in mortario contuſar. & per ſetaceum traiectar. an. ʒ iij.
ſacchari candi puluer. q. ſ. paſta f. regia, cui ſyrup. aliquis conueniens, vt capillorum Veneris, vel violaceus addi poterit.

De Pignolato.

Cap. XXVI.

Pignolatum ſeu pineolatum, Gallis vſitatum medicamentum ex ſaccharo in aq. conuenienti

ti bene cocto & purificato, & pineis mundatis conficitur, & posteaquam concreuit, in buccellas siue frustula redigitur. Cuius in detergendis pulmonibus, sputo promouendo, & etiam renibus abstergendis, vsus est. Parari etiam potest hoc modo:

℞. *Nucleorum pini* ℥ iij.
amygdal. dulcium excortic. ℥ ij.
pistacior. ℥. i.
folior. rosar. rub. ʒ j.
santali, citrini & cinamomi an ℈. ß.
sacchari in aq. rosar. soluti q. s. f. pasta.

De Leucophago.

CAP. XXXVII.

REmedium leucophagum, à colore dictum, & à recentioribus inuentum, ex amygdalis dulcibus expurgatis, in aqua rosar. maceratis, carne caponis elixa, in mortario quam diligentissime contusa, per setaceum traiecta, cum tantillo amyli ad consistentiam, & sacchato, quæ omnia simul coquuntur, paratur: & ad corporis absumptionem, phthisin & virium prostrationem vtimur. Quod si ventriculi intemperies frigida adsit, vinum album, & cinnamomum, addi poterunt. Sic in alui profluuio quocunque puluis vtriusque coralli, lapidis hæmatitidis admisceatur, & in formam solidiorem cum iure carnium concreto, quod Gelatinam nominant, confici poterit. Sic quoque Gelatina ex solo succo carnium expresso paratur: Item ex oriza elixa stacte & thorace caponis

ponis cum ſaccharo, quo medicamento potiſſimum in nimio alui fluore vti poſſumus.

De reſtaurantibus deſtillatis.

Cap. XXXVIII.

QVando ventriculus omnis generis alimenta ſolidiora faſtidit, & frequenti nutritione indiget, deſtillata reſtaurantia vſurpanda, quorum materia eſt iuſculum caponis iuuenis & ſucculenti, & armi vitulini cum oleribus conuenientibus cocti: vt in febre ardente cum lactuca, acetoſa, borragine, ſeminibus quatur. frigidis maioribus, papau. alb. citri, acetoſæ, florib. nymph. roſar. violar. Additur mica panis albi in portione iuſculi infuſa. Aliquando etiam conſeruæ & ſpecies electuariorum corroborantium, ſucci, aq. ſtillatitiæ, quæ omnia in balneo Mariæ, vel alembico lento igne deſtillantur, exempli gratia:

℞. *Armum vitulinum, decoque cum ſequentibus,*
herbar. lactucæ, acetoſæ, endiu. an. m. j.
florum nymph. viol. an. p. j.
ſem. quatuor frigid. maior. an. ℥ ij.

Dein

℞. *Iuſculi caponis & armi vituli* ℔. vj. *micæ panis albiſſimæ in prædicto iuſculo infuſi* ℥ iij.
conſeru. roſ. nymph. violar. an. ℥ ij.
ſpecier. diarhodi Abbatis ℥ j. ß.
aquar. ſtillatit. nymph. acetoſæ, violar. an. quartar. j.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

destillentur, vt dictum. Huius aquæ destillatæ accipe ℔.ß.
cum saccharo coletur per manicam, vtatur quando volet.

Potest etiam vsus tempore, succus limonum, aut granatorum aut arantiorum addi.

Quando corpus atrophia, vel febre hectica laborat, sic confici poterit:

℞. *Iusculi caponis, cum prædictis herbis, florib. seminib. & hordeo mundato cocti ℔.v.*
carnis perdicum & testudinis nemoralis, carnis coxarum ranarum & limacum, an. ℔.ß.
micæ panis in lacte infusæ ℥ iii.
conseru. violar. nymph. an ℥ ij.
aq. bugloss. borraginis an. ℔. ß. destillentur vt prius.

Ad alui profluuium aliasve euacuationes immodicas præparantur ex carne turturum, perdicum, testudinis, mica panis in aq. rosar. infusa, conseruis adstringentibus, granis berberis, mali granati, succis plantag. bursæ pastoris, aquæ rosar. portulac. plantag. corallis, pulueribus adstringentibus, vt:

℞. *Carnem turturum duorum, carnem vnius testudinis, micæ panis in aq. rosar. infus. ℥ ii.*
conseru. rosar infus. ℥ iij.
granor. berberis vel mali punici ℥.ß.
semin. cydonior. portulac. an. ℥ iij.
aq. ros. portulac. plantag. an q. s. ita vt aqua exsuperet, trochiscor. de terra sigillata, specier. electuarii triasantali an. ℥ i.ß.

destil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

destillentur lento igne in diplomate.

℞. *Aq. destill.* ℔. ß.

iulepi rosacei q. s. ad dulcorandum, quo potu sæpius & in pastu, & inter pastus vti debet.

Possumus etiam, si febres adsint malignæ, aquas scabios. borrag. bugloss. admiscere cum saccharo. Et si aciditas ægro placeat, succi limonum, vel granator. aliquid addere.

Solent aliquando Medici ipsis destillatis in officinis præparatis pro delicatulis rheubarb. infundere, & sic eos purgare. Tempore vero pestis, vel si pestilenti febre laborans instaurante egeat, malo contraria addere oportet, vt sunt radices angelicæ, zedoariæ, pimpinellæ, herbæ scabios. meliss. bugloss. borragin. flores cordiales: semina acetosæ, ocymi. Conseruas aquas & pulueres cordiales, additis theriaca & mithridatio, simul, vti dictum fuit, destillari possunt.

De Emulsionibus.

Cap. XXXIX.

Emulsio, quod forte nomẽ ex eo inuenit, quod affectus demulceat, forma à posterioribus Medicis inuenta. Est autem *Medicamentum, quod ex seminibus mundatis, vel fructibus, vel vtrisque conficitur. Quo in calidis affectibus renum, vesicæ, vt ardore vrinæ, stranguria, vrinæ stillicidio: Item renum & vesicæ exulcerationibus vtimur: Nonnunquam etiam ad somnum cõciliandum, sitim extinguendam. Rarius in pectoris & pulmonum inflammationibus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Materia sunt amygdalæ dulces excorticatæ, semina frigida maiora recentia, mundata; quę blande detergunt, semen papau. albi, portulacæ, lactucæ, vbi maiore refrigeratione opus est. Adduntur nonnunquam prędictis coctis contusis, colatis syrupi conuenientes.

Formula communis hæc est:

℞. *Amygdal. dulc. excortic.* ℥ i.
quatuor. semin. frigid. maior. recent. & mundat. an. ℥. ß.
coq. in aq. fontan. q. s. deinde contundantur in mortario lapideo, affundendo paulatim aq. hord. ℔. ß. *vel* ℔. i.
ne attritu pinguescant, cum multum succi pinguis fundant, reponantur in vas vitreum.

Huius ℥ iii. vel iiij. horis iii. ante prandium vel cœnam tepide exhibentur.

Quod si maiore refrigeratione opus sit, doloremq; mitigare velimus, sem. papau. albi. ℥. ß. sem. portulacæ, lactucæ, addere oportet, & simul contundere. Nonnunquam syrupus violatus, vel de nymphæa, vel de alth. singul. ℥. ß. vel alterutrius ℥ i. ß. admiscetur singulis dosibus. Nonnunquam loco syrup. tabella vna diatrag. frigid. ad singulas doses. Aliquando pro aq. hordei, vbi maiore refrigeratione opus est, aqua lactucæ, nymph. vel similis affunditur. Vel vna aut duæ harum cum æquali portione aq. hordei miscentur.

Si vero magis lenire volumus, decoctũ sebestẽ, sem. melon. papau. affundimus, exempli gratia:

℞. *Amygdal. dulc. excortic. an.* ℥ ij.

quat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

quat. sem. frigid. mai. an. ℥. ß.
sem. papau. albi, lactucæ an. ℥ i.
contundantur simul in mortario marmoreo, sensim aq. hord. ℔. ß.
aq. viol. & lactuc. an. ℥ iij.
affundendo, deinde coletur & sacchari puluteriz. ℥ i. addatur,
f. emulsio pro quatuor dosibus.

Hoc refrigerat, acrimoniam vrinæ obtundit, partem exasperatam lenit, blande detergit, & leniter vrinam mouet.

Ad purulentos vero renes expurgando quatuor sem. frigid. papau. albi, amygdal. dulc. cum decocto radicis liquiritiæ rasæ terantur, & in colatura dissolue syrup. capil. Veneris, violati an. ℥ i. tempore exhibitionis. Pauperibus præscribenda aqua alba, Gallis vulgo dicta, quę paratur ex amygdal. contusis, cum aqua hordei, vel lac amygdal. dulcium.

In affectibus vero pectoris conficietur ex nucleis pini recentibus, amygd. dulcibus, ficub. recentibus syrupo aliquo leniente, vt de liquiritia vel tussilagine addito.

Sic ad somnũ conciliandum ex seminib. papau. albi & amygdalis dulcibus emulsio paratur.

De Gargarismatibus.

CAP. XL.

Gargarisma ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν, à fauciũ collutione, vt ex Dioscoride colligitur, nomẽ habet, quæ ἀναγαργαρίζειν vocat, *Medicamẽtum est, consistentia*

liquidum, quod tepidum citra deglutionem ore ſumitur, & aliquandiu detinetur, mox reſpuitur. Huius materia in vniuerſum eſt liquor aliquis, vt aquæ communis, aquæ ſtillatitiæ, lac, ſucci, decoctū plantarum, acetum, omphacium, prout hic, vel ille affectus requirit. In quibus diuerſa diſſoluuntur, vt mel cōmune vel roſaceum, diamorum, dianucum: ſyrupi conuenientes, oxymel. Aliquando pulueres radicum & ſeminum. Plerumque alumen ad exiccādum & adſtringendum. Horum autem pondus aliqui non obſeruant: aliqui ſumunt liquorum ℥ vi. ſyrupi & ſuccorum ℥ ii. alii decocti ℔. ß. puluerum ʒ ii. vel iii. admiſcent. Cum autem facile corrumpantur, recenter ſemper parari debent.

Valent autem Gargariſmata in affectibus cerebri, vt paralyſi, epilepſia, grauitate capitis ad pituitam eliciendam, deinde ad affectus faucium, vt earundem inflammationes. Item humores inhibendos, vel diſcutiendos, vel vlcera detergenda & conſolidanda. Sic ad tonſillarum, vuulæ, palati inflammationē, viſcidæq; pituitæ deterſionem.

Quod ſi vero humor è cerebro in fauces, pulmones, ventriculum fluat, tunc à gargariſmatibus & apophlegmatiſmis abſtinendum, & errhinis vtendum. Vtendi tempus commodiſſimum erit matutinum, & veſpertinum ante cibum.

Ad pituitam è cerebro euocandam ex incidētibus & detergentibus, quæ nec ſapore, nec odore nimium ſint ingrato, confici debent, vt maiorana, betonica, origano, hyſſopo, paſſulis, glyzyrrhiza, pyrethro & ſimilibus, ex quibus decoctū in aqua paratur; decocto colato additur mel, oxymel. ſyr. de ſtoechade. exempli loco:

℞.

℞. *Summitatum betonicæ, origani, calaminthæ an. m.* i.
ficus concisas numero iiij.
passul. mundat. radic. liquirit. rasæ & radic. pyrethri an. ℥. ß.
piperis ʒ i.
f. decoctum in ℔. i.
colaturæ dissolue mellis vel oxymelitis squill. ℥ iij.
f gargarisma. quo calido sæpe vtatur.

Ad Inflammationes faucium, vel tonsillarum, vel etiam vuulæ in principio, humore adhuc fluẽte, parantur ex succis fructuum acerborum, acidorum, austerorum, adstringentiũ cum portione aquæ, vt cerasorũ, cydoniorũ, prunorum, sorborũ, pyrorum, vel ex aquis stillatitiis refrigerantibus, adstringentibus, vt plantaginis, bursæ pastoris, cẽtinodii, solani, portulacæ: aut deocto eorundem fructuum, aut herbarum, vel succis granatorum, de moris, de berberi. In hisce decoctis vel aquis syrupus conueniens dissoluitur, vt rosarum siccarũ, cydoniorum, granator. vel succi diamoron, dianucum vel rosarum. Exemplum:

℞. *Aq. plantag. solani, rosar. an.* ℥ ij.
aceti ℥ j.
syrupi granator. vel de rosis siccis ℥ ij.
f. gargarisma.

Vel:

℞. *Aquæ prunellæ. plantag. solan. an.* ℥ ii.
diamori dianucum an. ℥. j.
mellis rosati ℥ i. ß.
f. gargarisma.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

In augmento vero & ſtatu inflammationis repellentibus digerentia admiſcenda, vt hordeum, glyzyrrhiza raſa, ſimul decoquendi. Syrupus etiam de althea vel glyzyrrhiza in decocto diſſolui poſſunt, ſumendo decocti partes duas, ſyrupi vero partem vnam.

In declinatione ex hordeo integro, glyzyrrhiza, hyſſopo, ſcabioſa, decoctis in aq. vel hydromelite additur ſemen altheæ, ficus, paſſulæ, in decocto diſſoluitur mel, ſyrup. de althea, oxymel.

Vulgatiſſimum Gargariſma in faucium doloribus paratur ex decocto hordei integri, flor. roſar. purpur. flor. maluæ arboreſcentis (nonnunquam foliis aliquot ſaluiæ additis) & in colatura mel diſſoluitur.

Alias ad faucium inflammationem ſine tumore proderit gargariſma in principio inflammationis præſcriptum, admixtis aliquot lenientibus, vt hordeo mundato, ſebeſten, ſem. papau. albi, ſeminib. quatuor frigid. maiorib. Quod ſi vero adſit vlcus ex abſtergentibus & ſiccantibus parabitur, vt decocto hordei integri, foliis plantag. ſolani, agrimon. corticib. granator. ſumach. fructibus acerbis, cum melle roſaceo ad ℔. eiusmodi decocti ſyrupi conuenientes, vt roſar. ſiccarum, vel roſar. pallid. & diamoron. ad ℥ ij. aluminis vero ad maiorem exiccationem & adſtrictionem ℥ j. additur. exempli gratia.

℞. *Folior. pyri ſyueſt. vel rubi, plantag. roſar. rubear. an. m. j.*
inſ. aqua, fiat ad tertiæ partis abſumtionem decoctio in ℔. *j.*

diſſol-

dissolue diamori ℥ ij
aluminis ℥ j. *misce.*

Huius gargarismatis in vuula relaxata vsus esse debet.

In hanc classem oris collutiones referre oportet, quas apophlegmatismos nonnulli *a* vocant, quæ ad dolores dentium & oris fœtorem parantur.

a Trallian. lib. 3. c. 6. Oribas. l. 4. de locis affect. cur. c. 60.

Ad dentium dolores in principio fluxionis, & caussa frigida, decoctum ex adstringentibus & calefacientibus, vt radic. cyperi, balaustiis, corticibus citri, saluia & similibus in vino generoso decoctis parabitur. In fluxione vero calida, ex adstringentibus frigidis, vt radice pentaphyli, nuce cupressi, gallis. Fluxione vero iam facta eaque frigida, magis calefacientia addenda, vt rad. pyrethri, hederæ, piper, cubebæ, garyophylli, quæ in vino adstringente decoquenda: Exemplum.

℞. *Rad. pyrethri* ℥. ß.
rad. quinquefolii ℥ j.
cubebar. garyophyllor. an. ℥. ij.
piperis longi ℥ i.

Si vero fluxio calida sit, frigida admiscenda erunt, & si dolor intolerabilis sit, opii gr. ij. in aceto acerrimo & vino elixanda, quo decocto dentes colluantur: Vel, pilulæ parentur, quæ dentis cauo indantur, vt:

℞. *Opii, croci, an.* gr. ij. *cum cera fiat pilula.*

Vel,

℞. *Sem. apii* ℥ j.
opii, hyoscyami an. ℈. ß. *cum vino odorifero fiant pilulæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

quarum vna denti indatur, & ſaliuam exſpue.

Sunt, qui hoc decocto vtantur:

℞. *Ligni guaiac. ℔. i.*
cortic. eiusdem ℥ ij.
galbani ℥ i.
vini albi ℔. iiij.
f. putrefactio per dies octo.
Deinde per alembicum deſtillentur. Seruetur ad vſum.

Vſus tempore huius ℥ ij. ore detinendæ. Addunt nonnulli ſalis & piperis longi an. ℥ ii. In frigido vero dolore ſummo, collutio fiet ex aq. vitę, in qua theriaca, ammoniacum item, vernicis quinetiam, (cuius fumus ſolus dolorem dentium ſiſtit) aliquantiſper ferbuerit. Deinde fit colatura, qua dẽs colluitur. Et etiam cum linteo baculo appoſito, vel bombace abſtergitur.

Ad fœtorem oris:

℞. *Roſar. p. i.*
cortic. citri ℥ ij.
garyophyll. cinnamomi an. ℥ iij.
f. decoctio in aqua, tantillo aceti addito, os colluatur.

De Apophlegmatiſmis ſiue maſticatoriis.

CAP. XLI.

APophlegmatiſmi *medicamenta ſunt, quæ vel commanducata vel palato illita, pituitam è capite in os prouocant, & pituitam oris partibus adhærentem, abſtergunt, vel quæ ſaliuã, vt habet Trallianus* a, *per os educunt.* Siquidem ἀποφλεγματίζω pituitã purgo ſiue elicio, Dio-

a *lib. 3. c. 6.*

Diſcoridi *b* ſignificet. Hinc eidē *c* remedium hoc ἀποφλεγματισμὸς dicitur. Dicũrur barbaris maſticatoria, vel quod ore mandantur, vel quod plerumque maſtichen recipiant. Horum materia, maſtix per ſe manducata, vua paſſa in ore huc & illuc deuoluta, truncus ſaluiæ (Alii folia in ore detinent) ſinapi tuſum, piper longum, naſturtium, ſtaphyſagria. Sic & aromata, vt ſunt garyophylli, nux moſchata, cubebæ, radic. ireos, angelicæ & ſimilia, Quibus ſingulis vel per ſe vel in puluerm comminutis, & vel ſucco aliquo, vel liquore, vel melle vel maſtiche liquata vel cera exceptis, & in trochiſcorum formã lupinorum inſtar efformatis vti licet, quorum vnus ſerico panno inuolutus ore retinetur & maſticatur. Nonnunquam theriaca & mithridatium etiam vſurpantur. exemplum

b *lib.* 2.
c *lib.* 5.
Aet. tetr. 2. *ſerm.* 2. *c.* 53.
Actuar. 5. *meth.* 11.

Ad dolorem capitis:

℞. *Pyrethri, piperis albi, zingeberis an* ℥ j.
cubebar. ℥. ß.
cum melle excipiantur & fiant paſtilli.

Ad dolores dentium:

℞. *Piperis pyrethri an.* ℥. j. ß,
maſticis ℥ i.
mellis q. ſ. fiant paſtilli, lupinorum inſtar, ℥ iii. *pondere.* d.

d *Actuar.* 5. *meth.* 11.

atq; vſu appetente vnum commanducandũ exhibito. Vel ex prædictis cõtuſis fiant noduli, & panno ſerico vel linteo tenui indãtur & maſticentur.

℞. *Maſticis* ℥. ß.
piperis longi, pyretrhi, garyoph. ſtaphyſagria an. ℈ ii. *ſacchari cand.* ℥ i.
f. puluis, ex quo fiant noduli.

His

His vtendum, vbi cetera remedia fuerint adhibita, & iam potius remediis localibus opus eſt, ventriculo ieiuno. Modus autem, vt ore diu teneantur, maſticentur, caput *d* deorſum flectatur & per interualla, quo congeſtus humor effluat, os aperiendum & commanſa expuenda. Poſthæc aqua *d* calida (vel *e* melicratum) ore continenda, cumque multus morſus perſentitur, effundenda. Vel, ſi vehemens morſus remanſerit, lacte aut roſaceo calido os colluendum. Quare quæ ingrati ſunt ſaporis, apophlegmaticiſmis neutiquam ſunt miſcenda. Notandum tamen, ne maſticatoriis, quando pituita è cerebro in fauces, pulmones & ventriculũ fluit, ſed errhinis vtamur. Ex iiſdem rebus decoctis diuque in ore retentis etiam vti licet. Sic etiam ex hiſce vnguenta fiunt, quibus palatum illinitur.

e Oribaſ. 8. coll. 10.

De Collyriis.

CAP. XLII.

Κολλύριον ſiue Collyrium, veteribus medicamentum fuit oblongum *a*, rotundum, ex liquoribus, ſuccis herbarum, fructuum, ſeminum & metallicis, ad vſus varios compoſitum & aſſeruatum, quo vel integro vtebantur, vel in puluerem redigebant, qui vel ſiccus, vel humore aliquo dilutus, vel linimento exceptus parti adhibebatur: Hinc veteres pleraque medicamenta in collyrii formam fingenda præcipiunt, & ad omnes omnium partium affectiones, quibus admoueri poſſunt, diuerſarum omnino facultatum comparant. Nari-

a Oribaſ. 10. coll. 23. figuram caudæ muris ſimilem tribuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Naribus etenim, item & auribus Galenus *b* impoſuit: Vtero *a* item, quæ tamen proprie Peſſaria dicuntur: Ano *c* quoque, quibus glandis nomen nunc tribuitur: Fiſtulis *d* etiam: Vtitur ſimiliter Aetius *e* ad ſuffitus, ad tuſſim per infundibulum. Sed hîc de medicamento oculari ſermo eſt, quod proprie collyrium *a* dicitur. Dictum volunt παρὰ τὸ κολλᾶν τὸν ῥοῦν, quod comprimat fluxionem. Aliis παρὰ τὸ κωλύειν.

Duplicia facimus *f*, arida & humida. Illa ξηροκολλύρια, hæc ὑγροκολλύρια dicuntur. Arida collyria, Sieff Barbaris, potiſſimum ex metallicis conſtant, ſeminibus, fructibus aromatis & alia ſicca materia, quæ humore aliquo, vel gummate colliguntur & condenſantur, quæ in æneum vas, cum ab ære meliora fiant, reponi debent, & vetuſtate *f* præſtantiora euadunt. Humida vero ex liquoribus, ſuccis, melle, animalium felle & aliis compluribus humidis, quibus protinus vti licet, cum vetuſtate euaneſcant. Hæcque priuatim collyria dicuntur, quæ rurſus duplicia, vel mollia, mellis conſiſtentia, πλαστὰ *f* aliquando vocata, quod affectæ parti delinantur; vel liquida.

Arida in pyramidis formam vel trochiſcorum rediguntur, quæ tempore vſus vel trita ac læuigata inſufflantur, aut palpebris ſubiiciuntur, vel in tenuiſſimum pollinem redacta, & conuenienti aliquo liquore diſſoluta, oculorum angulis guttæ aliquot inſtillantur, quorum ʒ j. in ℥ j. ß. vel ℥ ij. liquoris diſſoluitur. Horum materia vt & liquidorum, multiplex pro affectuum diuerſitate. Et licet varia apud Græcos *g* habeantur collyria, ſuis

b 3. *de comp. ſecundum loc.*
c *Aetius, Scribonius, Columella lib. 6. c. 6.*
d *Aetius lib. 14. cap. de fiſtulis. Orib. 10. coll. 23.*
e *Lib. 8.*
f *Aegin. l. 7. c. 8. Triplicia, quædã ſimpliciter plaſta appellantur, quædam arida, quædam liquida, exiſtunt. Sic Aetius tet. 2. ſer. 2. c. 97. & ſeq. proponit illitiones, collyria arida & collyria liquida.*
g *Aegin, l. 7. c. 8. Actuar. 6. meth 5. Trallian. l. 2. toto. Oribaſ. 3. ſynopſeos. Aetius tetr. 2. ſer. 3 c. 98.*

Myrepsius sect. 24. Celsus lib. 6. c. 6. Scribonius. c. 3. 4. Marcell. c. 8.

suis nominibus distincta, communiter tamen hæc parata habentur: Trochilci albi Rhasis, qui, vt eiusdem collyrium rubrum, leniunt & glutinant. Collyrium è plumbo, quod glutinat & siccat, quemadmodum & illud, quod e thure conficitur: Collyrium vero ex myrrha tenues & acres fluxiones lenit & concoquit. Collyrium e pompholyge siccat & glutinat. Quod vero viride à Rhase dicitur, erodit. Verum ad horum imitationem varia pro re nata præscribi possunt, vt, ad lachymas & fluxiones:

℞. *Tutiæ præpar. sarcocoll. in lacte muliebri nutritæ, aloes, masticis, an. æquas partes. excipiantur aqua rosarum, fiat collyrium siccum in formam trochiscorum.*

Vel vbi dolor magis vrget, & leniendum, siccandum & refrigerandum est, tum

℞. *Cerusæ lotæ in aq. rosar. & rursus exiccatæ* ʒ ii.
camphor. gr. x.
albumine oui excipiantur, & fiant trochisci ad vsum.

Mollia, quæ mellis consistentiam habent, & quibus vtendum, cũ diutius adhærere volumus, eiusmodi est collyrium ex pompholyge, vel tale:

℞. *Tutiæ præpatatæ & subtiliß. puluerisat. & in aq. rosar. lotæ* ℥. ß.
pomadæ ℥ j.
amyli ʒ ij.
agitentur diu in mortario, affusa paulatim aqua solani ablutionis gratia.

Hoc extremæ palpebræ illinatur, & tantillum intra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

tra oculum ponatur. Quod si vlcus adsit, collyrio ex aqua plang. solani, cum syrupo ros. sicc. vel melle rosac. vtendum. Alia vero sunt liquida ad oculorum dolores leniendos, vt in ophthalmia Sed quemadmodum & diuersa sunt ophthalmiæ & epiphoræ, alteriusve in oculum fluxionis tempora: sic etiam collyria variare debent, cum initio fluxionis præmissis vniuersalibus repellentibus & leuiter adstringentibus locus sit, quo humor fluens à parte affecta repellatur. Initio autem adhiberi debent ea, quæ anodyna sunt, vt est aq. rosac. solani, plantag. albumen oui, mucilagines sem. psyllii, cydonior. in iisdem aquis extractæ. Succus etiam herbarum adstringentium, seu repellentiũ frigidarum, in quibus trochiscor. albor. Rhasis sine opio ℥ j. dissolui potest, nisi mitioribus, vt mucilagine sem. cydonior. in aq. plantag. extracta, cũ albumine oui diligenter agitata mitigetur. vt:

℞. *Album. oui vnius, agitetur cum aq. rosar. vel plantag. misce,* indatur in oculum.

Vel,

℞. *Mucilag. sem. cydonior. extract. cum aq. plantag. vel rosar.* ℥ j.
misce cum albumine oui, diligenter agitando cum spatula. In incremento vero prædictis admiscenda sunt digerentia, ita tamen, vt adstringentia præpolleant, vt:

℞. *Aq. rosar. plantag. an.* ℥. ß.
mucilaginis sem. psyllii & lini extract. in aq. solani, & fœniculi, an. ℥. ß.
tutiæ præparat. & subtiliss. pulueriz. ʒ. ß.
vel tutiæ & sarcocollæ in muliebri lacte nutritæ, an. ℈ j. misce.

In

In statu coquentia & resoluentia prædictis addere oportet, vt:

℞. *Aq. fœnic. euphras. an.* ℥ vi.
mucilag. sem. lini. altheæ extract. in aq. rosar. & plantag. an. ℥. ß.
thuris subtiliss. pulueriz. ʒ. ß.
croci ℈. ß.
misce, f. collyrium.

Sic & lac muliebre cum sacchar o vel decoctum meliloti in aqua rosar. vel euphras. vel etiam in aq. fontana cum sacchar o valet. In declinatione ad reliquias absumendas, ex digerentibus parari debent, vt ex prædictis aquis, mucilaginibus, sarcocolla, tutia, aloe. Vel collyrii loco erit sanguis, ex vena sub ala columbi viui secta, oculo instillatus, qui reliquias absumere, calorem natiuum roborare, & dolorem etiam mitigare potest.

Commendatur maxime sequens collyrium:

℞. *Aq. rosar.* ℥ ij.
vini albi ℥ i.
tutiæ, sacch. candi pulueriz. an. ʒ i.
simul indantur vitro, soli exponantur, & aliquoties commisceantur.

Subsequens ad plures vsus valet:

℞. *Tutiæ præpar.* ʒ i.
sacchari candi ʒ. ß.
aloes ℈ iiij.
chalcitidis vstæ ℈. ß.
camphor. gr. v. *aut* vj.
Aq. rosar. ℥ ij.
diligenter trita misceantur.

Quod si tantum sordes expurgare oporteat, collyrium

lyrium parabitur ex tutia præparata, aloe lota, lapide calaminari, & similibus, quæ liquore conuenienti excipi debent, vel puluere sicco vti possumus, cum sic eæ sordes rectius abstergantur & exiccentur. Mollia rursum, quæ liquida sunt & dolorem mitigant, sunt aquæ destillatæ, vel etiam succi rosarum violat. solani, lactucæ, hyoscyami, papau. Sic etiam album. oui cum prædictis aquis conquassatum: succi pomorum, pyrorum adstringentium; decoctum quinetiam prædictarum plantarum: seminum item lini, altheæ, fœnugr. fœniculi, florum chamom. meliloti, quorum in humore frigido vsus esse potest. In dolore à caussa calida mucilago sem. psyllii, cydonior. in aquis refrigerantibus extracta, sic etiam mucilag. sem. lini, altheæ.

Dolores etiam lenit collyrium album Rhasis, seu trochisci albi, sine vel cum opio, lac muliebre, vaccinum, asininum recens mulsum, in quibus mica panis albissimi incoquitur, exprimitur, expressum cum linteolo oculo applicatur. Albumen oui per se lenit, contemperat, refrigerat, & suo lentore oculum, ne facile ab humore acri lædatur, illinit.

Parari autem potest & tale:

℞. *Aq. rosar. plantag. solani, an. ℥ j.*
albumen vnius oui, agitentur simul, & tepide oculo instilletur, & linteolum in eodem intinctum applicetur, & aliquoties in die repetatur.

Dolore magis vrgente:

℞. *Mucilag. sem. psyllii, cydonior. extract. in aqua*

papau. vel si magis refrigerandum hyoscyami an. ℥ i.
aq. plantag. solani an. ℥ ß. misce.

In dolore vero intensissimo narcotica addenda, exempli gratia:

℞. *Trochisc. alborum Rhasis cum opio subtilissime supra marmor læuigatorum ʒ i.*
lactis muliebris ℥ ii.
vel aquæ solani & violarum an. ℥ i.
fiat collyrium.

vide Trallian. lib. 2. c. 1. quo cum cautione vtendum. Dolore sedato, oculus decocto leuiter calefaciente, vt est decoctum meliloti, semin. lini, fœnugræci, &c. fouendus.

Ad oculos vero lacrymantes & rubentes:

℞. *Tutiæ præpar. ʒ i.*
aq. plantag. & rosar. an. ℥ j. misce.

Huic tepido linteolum molle immersum angulis oculorum & inferiori palpebræ admoueatur. In fluxu vero vehementi addere oportet vitreoli albi ℈ j. vel ʒ ß.

Ea autem, quæ collyriis miscentur, diligenter comminui debent, & in tenuissimum pollinem redigi: minus enim exacte trita, asperitate & suo contactu partem adeo sensilem exasperant; cuius nomine præstat pulueres cum portione aliqua aquarum per linteum transcolare.

Collyria sicca præparantur, quemadmodum Celsus *i* & Oribasius *k* monent, qui omnia medicamenta, quæ collyrium constituunt, singula primum per se terenda sunt, metallica quidem longo tempore, succi autem exiguo. Deinde mixta iterum, adiecta aqua, præsertim pluuiali, aut vino aut

i In Philonis collyrio lib. 6. c. 6.
k 10. collectan. 23.

aut alio liquore, non copiose l affuso, ne metallica subsideant, aromata supernatent, sed paulatim, vt salium modo teri possint. Mox gummi adiiciendum, quod præter quasdam facultates, quas habet, hoc maxime præstat, vt vbi collyria facta inaruerint, glutinata sint, neq; fricentur. In formam redacta, vasis vitreis, maxime æneis reponenda sunt.

l Aegineth. l.7.c.16.

De Errhinis siue nasalibus.

CAP. XLIII.

ERrhina, q. ἐν ῥίνα à naribus denominata, medicamenta sunt, quæ per nares a purgant. Naribus induntur ad pituitam è cerebro euocandam, meatuum obstructionem, vel exulcerationem tollendam, sternutamenta mouenda, & sanguinis e naribus fluxum sistendum. Hæc duplicia b sunt, vel humida, vel arida. Humida vel mollia, cerati forma, vel liquida, quæ à quibusdam errhina liquida, & caputpurgia dicuntur. Arida vero errhina in specie, quibusdam barbaris Nasalia dicuntur. Liquidorum materia eadem, quæ gargarismatum ad vsum eundem descriptorum.

a Trall. lib. 3.c.6. Actuar. de spirit. animali act.c.13. & 3.meth.6.

b vt ex Myreps. sect.15. colligitur. Trallian. lib.1.c.11. Aegineth. lib.3.c.1.

Aq. stillatitiæ, vt betonicæ, maioran. rorismar. saluiæ, succi & decocta herbarũ cephalicarũ: maioran. beton. hyssop. origan. vel aliarũ, vt anagall. mercurial. Vel radicum, vt betæ, cyclam. bryoniç, ireos, quæ singula per se vsurpãtur, vel miscentur: Vel deniq, his pulueres miscẽtur, vt agaric. turpechi, ireos, ellebori, nigellæ, myrrhæ. Nonnũquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

puluis hieræ picræ dissoluitur; & hæc vel naribus attrahuntur, vel infunduntur: vel succis & pulueribus simul ad vnguenti spissitudinem mixtis, internis narium partibus illinuntur.

Exemplum ad pituitam purgandam:

℞. *Succi betæ vel mercurialis* ℥ ii.
agarici trochisc. ʒ ii.
vini parum, f. decoctum in collatura dissolue mellis q. s.

Ad pituitam detergendam:

℞. *Hordei integ. p. i.*
lupinor. p. ß.
origan. m. j.
maioran. m. ß.
f. decoctio in ℔ *j.*
decocti colati dissol. mellis squillit. ℥ *j. ß.*

Ad vlcera detergeuda:

℞. *Decocti hordei* ℔ *j.*
mell. ros. col. ℥ iij. *misce.* attrahatur.

Ad detergenda & simul consolidanda:

℞. *Succi plantag. solani, rosar. an.* ℥ *. ij.*
vini albi, mellis an. ℥ i. ß. *misce.*

Ad sanguinem narium supprimendum:

℞. *Succi plantag. bursæ pastoris, an.* ℥ *. i. ß misce.*

Vel:

℞. *Sang. dracon. boli armen. pulueriz. an.* ʒ j.
lanuginis salicis, pilor. leporis minutiß. concisorum an. p. ß.
simul omnia albumine oui excipiantur, & naribus indantur.

Ad sternutationem puluis ireos, pyrethri, staphydisagriæ: Simul pulueres hi aliquo liquore exci-

cipi-

cipiantur, & instar linimenti naribus inungantur.

Arida vero errhina duplicia sunt, vel materia sunt coacta, vel dissipata. Quæ coacta, oblonga forma ex pulueribus, oleis, & succis quibusdam acrioribus, cera exceptis, panno vel serico inuoluta conficiuntur, naribus immittuntur, filo tamen alligata, vt retrahi possint. Dissipata vero sunt pulueres sicci, qui calamo naribus insufflantur, & proprie sternutatoria dicuntur.

Ad sanguinem sistendum:

℞. *Thuris* ℈ ii.
aloes ℈ i.
contrita in puluerem ex albumine oui subigantur, & mollissimis pilis leporinis adiectis, in penicilli formam redigantur & naribus indantur.

Sic sternutamenta excitantia vel sola fibra rad. hellebori albi naribus inditur, vel pulueres acres & mordicantes inspirantur, vt ex helleboro albo, pyrethro, iride, pipere, semine nigellæ vel staphydisagriæ. Vel errhinum compositum ex c cyclamino dictum, quod ex cyclamini radice partibus duabus, & vini rubri parte vna conficitur. Vsus horum omnium in diuturnis capitis affectibus & narium obstructionibus, vlceribus & odoratus difficultate.

c *Trallian. l.* 1. *c.* 11. *Aegin. l.* 3. *c.* 5.

Vtendi tempus est vniuersalibus præmissis, & ventriculo ieiuno. Modus autem vtendi errhini, mollis quidem, nares d subunguntur, & attrahere iubetur; liquidi, materia ad ℥. ß. è cauo manus, vel calice, capite in posteriora reclinato attrahitur, ita tamen, vt os aqua repletum sit, ne succi

d *Trall. l.* 1. *c.* 6. *&* 11.

attracti per amplum palati foramen, ori & naribus commune, diffluant. Arida vero probe trita per *d* arundinem inspirantur, sursum inclinando attrahuntur, dein æger deorsum pronuere debet, quo videlicet coactus humor destillet, & etiam id, quod in ore congregatur, exspuere debet. Cauendum autem est ab errhinis, dum oculi afficiuntur, propter viciniam narium & oculorum, & tum apophlegmatismis vtendum.

d Trallian. lib.1. c.6. & 11.

DE MEDICAMENTIS SEV REMEDIIS EXTERNIS; & primum

De Oleis,

CAP. XLIV.

ABsoluta internorum medicamentorum historia, externorum compositionem subiiciemus. Ordiemur autem ab oleis, tanquam simplicissimis, cum ad linimentorum, vnguentorum, ceratorum, emplastrorum & similium compositionem requirantur. Sunt autem oleorum duo genera prima: Simplex & compositum. Simplicia olea dicuntur à Galeno omnia ea, quæ è solis fructuum seminumque nucleis, quæ pinguem in nucleo vel semine, ceu medullam habent, exprimũtur: sic dicta, quod illis educendis vel exprimendis aliud misceri non consueuerit, præterquam quibusdam pauxillum aquæ.

6. simplic.

Est vero simplex duorum quoq; generum, pro ratio-

ratione præparationis: Vnum expreſſione fit, alterum ignis vehementia extrahitur ſeu deſtillatione elicitur. Expreſſione fit ex fructibus, vt oliuis, & iis vel immaturis, vel maturis.

Ex immaturis, ſatiuis tamen, expreſſum oleum omphacium dictum, ceteris oleis refrigerantibus, adſtringentibus, roborantibus, præparandis, vt oleo roſac. oleo cydoniorum magis accommodatum eſt. Alterum vero maturum ex maturis baccis exprimitur, & oleum ſimpliciter, vel oleum oliuarum nominatur, quod laxat, digerit & mollit. Ad cuius ſimilitudinem ex aliis fructibus, baccis & ſeminibus oleoſis in mortario tritis, & vapore aquæ calidæ tepefactis ſacculo incluſa, torculari ſubiiciuntur, vt per expreſſionem oleum purum effluat.

Hoc pacto conficiuntur oleum amygdal. dulc. amar. piſtacior. nucum, baccarum iuniperi, lauri, myrthi, ſem. lini, cannabis, papau. hyoſcyami, cucurbitæ, melonum &c.

Deſtillatione vero eliciuntur ex liquoribus, ſuccis, gummatibus, reſina, cera, melle, lignis reſinoſis, aromatibus, ſeminibus, herbis. Fit autem vel per deſcenſum, vel per aſcenſum: Per deſcenſum elicitur oleum ex lignorum corticibus, vt oleum guaiacinum: ex lignis ipſis, vt ex ligno iuniperi: ex quibusdam etiam herbis aridis, item oleum e baccis iuniperi, à tartaro, oleum philoſophicum dictum, quod & è lateribus nominatur. Alia vero per aſcenſum deſtillatione eliciuntur ex diuerſis, quod aliqui ſpiritum, alii quintam eſſentiam nominant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Compositum est, quod ex simplicibus fit, vt arborum, fruticum, herbarum foliis, floribus, seminibus aut aliis partibus medica vi pollentibus, oleo oliuarum aut oleo simplici, vel maceratis, vel insolatis, vel incoctis. Ex floribus enim insolatu conficiuntur, cum concoctionem non tollerent. Et ex his quidam diu, quidam pauco tempore insolantur, vt meliloti keyri, sambuci. Quædam insolatu tenuiora redduntur & vtiliora, vt ex rosis, chamomelo, liliis albis. Quædam antequam colentur, duplici vasi incoquuntur, vt anethinum, nardinum. Hæc tamdiu in olla relinquuntur, vsque dum oleum materiæ vires prorsus exceperit, & tum exprimitur & reconditur. Quæ olei conficiendi ratio pharmacopœis vsitatissima est, quibus etiam sine dispendio vti licet, cum contra destillatione elicitis, non nisi cum magna cautione vti liceat.

Ex oleis vsitatis quædam calefaciunt, quædam vero refrigerant. Calefacientia, rarefacientia & quæ digerunt, sunt, chamomelin. anethinum, quibus efficacius est oleum amygdalarum amararum, nucum, ex semine ricini, ex cocto, ex ruta. Potentius erit oleum vulpinum. His destillata de origano, de aniso, hyperico, thymo; sic de castoreo, de croco, expressum etiam ex baccis iuniperi, lauri, de lateribus.

Verum nonnulla calefaciunt & humectant, simulque laxant, vt liliaceum, amygdal. dulc. de sesamo, sic etiam quæ destillatione eliciuntur ex gummatibus, ammoniaco, sagapeno, opopanace, galbano, ladano, quibus ad frigidos dolores

poda-

podagricos mitigandos, tophos emolliendos vtimur.

Alia ſunt, quæ calefaciunt, adſtringunt, roborant, fluxiones arcent, vt eſt maſtichinum, lentiſcinũ, & deſtillata ex mẽtha, abſynthio, ſulphure.

Sunt quę calefaciunt & detergunt, vt oleum de myrrha, de ouis, frumento, tartaro, iunipero, ex quibus etiam, quemadmodum ex metallicis, arte chymica eliciuntur olea, tenuium valde partium. Quare altius ſubeunt, & potentius reſoluunt. Cuiusmodi eſt etiam oleum de cera, de therebinthina, quod attenuat, reſoluit. Sic etiam quod è butyro elicitur, inſigne eſt anodynum, præcipue ad dolores partium neruoſarum, maxime vero oleum de citellis. Eliciuntur etiam ex aromatibus, quæ ventriculum reficiunt, & corroborant, vt ex nuce moſchata, quod per expreſſionem & per deſtillationem elicitur, ex cinnamomo, garyophyllis, pipere. His vero per deſtillationem elicitis, aliquot tantum guttis vtimur.

Quæ vero ex lacrymis & gummatibus per deſtillationem eliciuntur, duros tumores emolliunt, podagricos dolores ſedant. At quæ ex metallicis, vt antimonio, chalchantho ſeu vitriolo & ſimilibus eliciuntur, his ad virulenta vlcera & fiſtulas, vel per ſe, vel cum oleo de myrrha, cum putredinem arcent, vtimur. Quod vero è ſulphure elicitur, eo ad dolores dentium à cauſa frigida vti licet. Sic etiam oleo vitrioli in febribus ad ſitim ſedandam, guttis aliquot aquæ communi admixtis, vti poſſumus. Sed Chymicis his oleis caute magnoque cum iudicio vtendum.

Quæ-

Quædam vero refrigerant, exiccant, adſtringunt, fluxiones intercipiunt, & partem roborant, vt eſt oleum roſac. cydon. myrtillorum, nenupharinum. Hiſce oleis & præſertim roſaceo, ſi aceti quarta pars permiſceatur, fit oxyrhodinum validiſſimum.

Alia refrigerant & humectant, vt eſt oleum violatum, ex floribus papau. nymph. quæ conciliando ſomno vtilia ſunt. His potentiora, quæ ex mandragora hyoſcyamo parantur. Hoc vero, cum ſua proprietate caput lædat, in affectibus capitis omittendum: in doloribus vero podagricis calidis eo, vt ceteris, vti licet.

Quæ vero olea huic vel alteri parti proſint, nunc explicandum.

Capiti calefacto olea refrigerantia conueniunt. Cautione tamen hic opus eſt. A ſumme enim frigidis abſtinendum eſt, niſi ſummi dolores id requirant, viribus tamen adhuc robuſtis. Ab oleo vero ex hyoſcyamo abſtinendum.

Refrigerato vero cerebro olea calefacientia applicari poſſunt, ita tamen vt quæ ſumme odorata ſunt, & acuti odoris, per ablutionem cum aquis capitalibus, corrigenda.

Neruoſis partibus affectis, in quacunque tandem ſit corporis parte, olea principio ſpinalis medullæ, hoc eſt, nuchę applicanda ſunt, vti ſunt, oleum vulpinum, coſtinum, irinum, nardinum, lumbricorum, de caſtorio, de lateribus, de therebinthina: quibus in paralyſi vtimur, quemadmodum etiam oleis arte chymia elicitis, vt eſt oleum de therebinthina, oleum ſaluiæ (cuius guttæ aliquot vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

vel naribus vel ori induntur) maioranæ, rosmarini. Quo vero olea hæc, quæ nuchæ applicantur, vires suas melius exerant, meliusque penetrent, cum aqua vitæ & saluiæ abluenda sunt.

Thoraci & partibus in eo cōtentis calefactis, vt in pleuritide, peripneumonia, tussi, oleū violatū, oleum amygdalar. dulcium recens, vel solum, vel aliis, maxime butyro, leniendi & relaxandi gratia, mixtum inungitur: abstinendo ab iis oleis, quæ vna cum vi refrigerante vim adstringendi habent. Quod si autem thoracis partes defluxione frigida infestentur, oleum chamomelinum, anethinum, liliacum, ex semine lini, keyrinum proderunt. Vbi vero fluxio magna est, tam in calidis, quam in frigidis affectibus, nisi toti corpori sit prospectum, his abstinendum.

Ventriculo calefacto oleū rosac. cydonior. quod melinum dicitur, oleum myrtillorum. Si vero inflammatio adfuerit, admiscenda erunt, quæ simul refrigerando humectant, vt est oleum nenupharinum, papauerinum. Refrigerato vero ventriculo & relaxato proderit oleum de mastyche, de mentha, de absynthio, nardinum & nucis moschatæ per expressionem. Hepati conueniunt olea, quæ ventriculo, ita tamen, vt in applicatione aliquid vini, quemadmodum in lienis affectibus aceti aliquid, penetrationis gratia, admisceatur.

Liene affecto eoque obstructo commendantur oleum amygdal. amarar. & si induratum existimetur, oleum liliorum, & quæ ex lacrymis & gummatib. extrahuntur: In primis vero oleum de capparibus in omnibus affectibus lienis vtile est.

Reni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Renibus male habentibus & calefactis lenientia & laxantia applicantur, vt est violat. amygdal.dulc.e semine lini. Sic etiam, quæ magis dilatant, oleum è scorpionibus, quo calculo hærente in vreteribus, imo & vesica, nil præstantius, si inungatur. Vel etiam per fistulam vesicæ iniici potest, quando vrina, à calculo, à grumo sanguinis, à pituita, suppressa est, ipsa tum vesica vacua existente.

Vtero refrigerato calefacientia odorata conueniunt: maximi fit oleum de behen.

Vsus oleorum: vel solis vtimur, vel permiscentur vehementiora cum imbecillioribus: Eiusque quantitas est pro affectus & partis affectæ magnitudine. Tempus vero inunctioni conueniens est, ante cibum, præsertim vbi partes naturales afficiuntur.

De Linimentis & vnguentis.

CAP. XLV.

Linimenta & vnguenta sola consistentia inter se differunt, cum linimentorum liquidior, vnguentorum crassior sit. Linimentum ab illinendo dictum, mediæ est inter oleum & vnguentum consistentiæ: quod ipsis oleis, cum pertinacius adhæreat, efficacius est.

Sic vnguenta ab vtendi modo, vel ab inungendo dicta eo, quod illita *a* tantum opem ferre ferantur. Verum vnguenta, quæ in officinis habentur, cum vnguentis veterum non conueniunt:

a Actuar.5. method.1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

sunt: siquidem officinarum vnguenta à veteribus olea composita fuerint dicta. Veteres enim sua vnguenta ex oderamentis confecerunt, cum hodie ex oleis veteribus, succis & cera componantur. Quare quemadmodum veterum vngunta μυρα` dicta fuere, sic recentiorũ μυρα'κοπα dicenda.

Sunt autem vnguentorum non duo tantum genera, vt Icæsius *libello de odoribus* voluit; alterum deliciarum, quod χρῦμα seu χρῖσμα dicitur: alterum palæstris dicatum, quod ἄλειμμα cognominatur: Sed tria sunt, vnum ad luxuriam, alterum ad necessitatem, tertiũ ad salubritatẽ. Ad luxuriã veterũ Græcorum & Persarum in conuiuiis secũdis mensis inferanbantur, pili conuiuarum inungebantur, qua de re Atheneus, cuius nomine à Solone diuendi prohibita, à Socrate meretricia dicta; quare vnguentarii apud Lacædemonios ciuitate expellebantur. Quæ vnguenta, etsi hoc seculo desierint, in ipsorum tamẽ locum & ambra & moschus successere. Ad necessitatem verò fuere, quibus athlethæ vtebantur, corporibus post certamina inunctis. Tertium genus eorum est, quæ ad valetudinem faciunt. Ad hæc genera tria, officinarum vnguenta neutiquam referenda sunt, sed vti dictum, ad olea composita veterum, eo quod non solum ex odoratis, sed oleo, pulueribus, farinis, succis & cera conficiantur. Adiiciuntur nonnunquam oleis, adipes, butyrum, mucilagines, miscentur nonnunquam gummata & lacrymæ: quæ sane materia non solum vnguentorum, sed & linimentorum existit, quibus aliquando & aquas stillatitias, & acetum & vinum admisce-

miſcemus, animalium quinetiã excrementa, vt fel, quorum tamẽ omnium in linimentis ea proportio eſſe debet, vt ad oleorum vel ſuccorum ℥ vi. vel ℥ j. ſpecierum ℥ j. ceræ, vt & mellis, adipis, axunguiæ ℥ ij. admiſceantur. Si vero vnguentum conficere velis, olei partes quatuor pro vna aliorum ingredientium ſumes. Habenda tamen eſt & temporis & vſus ratio. Temporis, ſiquidem vnguenta æſtiuo tempore plus ceræ, hyberno vero minus requirãt: Vſus, ſic interdum firmius & diutius, interdum leuius partibus adhærere volumus. Quare conſultius, vt componentis iudicio relinquatur. Galenus *b* tamen ceræ quartæ parti, reſinæ duodecimam immiſcet. Hac enim ratione vnguentum, quod optime parti adhæret, conficitur. Quæ etiam Oribaſii in vnguento ex euphorbio, & Aeginetæ *c* fuit ſententia.

b 4. de ſanitat. tuend.

c lib. 7. c. 17.

Variant vero pulueres ſeu ſpecies pro diuerſitate affectuum. Cera vero additur, quo conuenientem conſiſtentiam acquirat. Pleraq; tamen ex ſolis pulueribus cum oleo mixtis, & tantillo ceræ, conficiuntur.

Exempla ſubiungamus:

Ad ventriculum frigida intemperie laborantem, eundemque adſtringendum:

℞. *Olei de abſynthio, maſtichini an.* ℥ vi.
pulu. roſ. rubear. rad. cyperi an. ℥ i.
ceræ q. ſ. f. linimentum.

Vel loco ceræ addatur cerati ſtomachici q. ſ. In diuitibus moſchi vel ambræ gr. ii. odoris gratia addere poſſumus.

Ad vẽtriculum vero calidiorem & relaxatum:

℞. *Olei*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

℞. *Olei myrtillorum, cydonior. rosar. an.* ℥. ß.
pulu. coralli, rosar. rub. nucis cupress. an. ℈ ij.
ceræ q. s. f. linimentũ, ante pastũ illinendũ.

Fiunt etiam ex foliis, floribus, seminibus, fructibus, radicibus in aliquo liquore, vel in vino, vel oleo per aliquot dies maceratis, quæ ad vini absumptionem coquuntur & exprimuntur. Id quod expressum erit, denuo cum oleo, succis, pulueribus & cera ad consumptionem succorum coquitur; Exemplum ad ventriculum intemperie frigida laborantem corroborandum & ad ventris dolores flatulentos:

℞. *Cyperi* ℥ i. *rad. galang.* ℥. ß.
summitatum maioranæ, origani, absynthii,
flor. chamom. anethi, meliloti an. m. j.
sem. anisi, baccar. lauri, iuniperi cõtus. an. ℥. ß.
in olei suff. quantitate per dies duos vel tres macerentur, dein coquantur & exprimantur:
expresso adde olei anethini, chamom. ℥ ii.
pulueris nucis mosch. garyophyll. squinanthi, an. ℥. ii.
flor. anethi, sem. anisi. an. ℥ j. ß.
vini ℥ iij. *vel* iiij. *ceræ q. s. coquantur omnia ad consumtionem vini, & f. vnguentum.*

Paratur aliquando ex oleis, adipe, mucilaginibus, butyro, vt ad materiam frigidam contumacem pectori impactam:

℞. *Olei chamom. lilior. adip. gallinæ an.* ℥. vi.
mucilag. sem. lini, & rad. altheæ extract. in aq. chamomel. vel scabiosæ an. ℥ j *f. linimentum. Quod si vnguentum desideres, his addes vnguenti de althæa* ℥. ß.

Confi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Conficiuntur etiam ex oleis, ſuccis & butyro, vt in pleuritide:

℞. *Oleor. violati, amygd.dul. rec. butyri rec. non ſaliti in aqua violac.loti an.℥.ß.*
fiat linimentum.

Cuius loco vti poſſumus vnguento pectorali, vel vnguento reſumptiuo.

Alia fiunt ex gummatibus & lacrymis, vt ad ſplenis duritiem emolliendam:

℞. *Ammon.in aceto fortiſſ.diſſol.℥ i.*
adipis gallin. & anſerini, medullæ ceruin. an.℥.ß.
cum oleo lilior. vel de capparib. f.linimentum.

Vel adiectis radicib. hoc modo:

℞. *Rad. altheæ,ebuli an.℥ i.*
fol.rutæ,ceterach.ling.ceruinæ,an.m.i.
ſem.viticis ℥.ß.
coq.in ſuff. q. olei lilior. ad radic.perfectam emollitionem. Dein omnia in mortario contundantur, per ſetaceum mittantur, & prædicto linimento addantur, & fiat vnguentum.

Ad vteri dolores & ſuffocationes:

℞. *Sagapeni ℥ i.*
diſſol.cum oleo chamom.q.ſ.f. linimentum:
Vel, ſi mauis, vnguentum addita cera, in cuius fine moſchi grana aliquot adde, & pectini applicato.

Quod attinet vnguenta, quæ in officinis habentur, & certis corporis partibus accommodãtur, quædam horum ſunt, quæ emolliunt & digerunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

runt, vt est vnguentum de althæa, martiatum, Agrippę. Quædam refrigerant & humectant, vt vnguentum populeon, rosatum: quod calidis affectibus & doloribus sedandis accommodatum. Quædã refrigerant & exiccant, vt vnguentũ albũ Rhasis: quod si cãphora addatur, magis refrigerabit & exiccabit. Vnguentũ e lithargyro fluxionib. reprimendis vtilissimum, quemadmodum & vnguentum comitissæ, quod etiam lumbis & ossi sacro admotum, pollutiones nocturnas cohibet: Vbi vero pubi & ventri inferriori, parte tam anteriore, quam posteriore, applicatur, sanguinem menstruum nimium fluentem cohibet. Sic certis partibus quædam accommodantur, vt vnguentum citrinum maculas faciei à sole inustas & impetigines tollit. Thoraci vero & pulmonibus dilatandis, vnguentum resumptiuum accommodatum, præsertim si aliquid croci, obscuro capitis dolore existente, admiscetur.

Vnguentum e cyclamino seu de arthanita aluum vmbilico admotum soluit. Ex his cum prædictis materiebus linimenta, vnguenta, singulis partibus corporis idonea parari possunt. Habetur etiam vnguentum basilicon dictum, ad recentia vulnera curanda, & sordes amouendas accommodatum.

Ad capitis dolorem à causa calida, delirium sedandum, & somnum conciliandum:

℞. *Vnguenti populeonis, cerati infrigidantis Galeni an.* ℥ j.
flor. nenuph. violar. an. m. j. ß.
sem. papau. lactucæ an. ʒ iii.

succi lactucæ & portulacæ an. q. s. f. vnguentum.

quod fronti & temporibus, dolore intentissimo existente, admoueatur, & si à prædictis mitigari non possit, ad vnguenti ℥ i. opii gr. vi. admisceri poterunt.

Ad dolores tam calidos, quam frigidos mitigandos tale vnguentum à quibusdam præscribitur:

℞. *Alabastri subtilissime puluerız. per dies aliquot in fortißimo aceto macerati* ℥ iij.
succi rosar. & chamomill. an. ℥ ij.
succi betonicæ & rutæ an. ℥ i. ß.
succi altheæ ℥ i.
olei rosati omphac. ℔. i.
cum cera alba. f. vnguentum, cuius ℥. ß. temporibus admoueatur.

Ad vlcera capitis manantia ex incidentibus, attenuantibus, digerentibus; & ex alto trahentibus conficitur tale: In pueris quidem:

℞. *Succi rad. oxylapathi, enulæ, herbar. fumariæ, scabios. an.* ℔. ß.
lythargyr. ℥. ß.
axungiæ suillæ q. s. f. vnguentum.

Efficacius erit:

℞. *Cerussæ lotæ in aq. scabios. lythargyrii. cadmiæ. gallarum perforatarum an.* ℥ i.
cum aceto & fece olei veteris f. linimentum vel cum oleo nucum & cera f. vnguentũ.

Efficacissimum erit sequens:

℞. *Rad. ireos vulgaris, bryoniæ an.* ℥ ii.
fol. lepidii. m. i.

Coq.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Coq. simul ad perfectam radic. emollitionem, adde chalcytidis ʒ. ß.
granor. iuniperi, nucum vstarum an. ʒ. ß.
argenti viui in aceto fortiss. extincti ℥ i.
olei iuniperini, laurini, de abrotano an. ℥. ii.
cum cera q. s. fiat vnguentum.

Addi possunt sulphuris in succo enulæ campanæ extincti ʒ iii. Nonnunquam cinnabaris ʒ ii. Fortius erit, si sublimati ʒ i. addatur. Quod si parti potentius adhærere velis, loco ceræ picem addito. Hoc vnguento in adultioribus vtendum.

Ad capillorum defluxum relaxata cute:

℞. *Olei cydoniorum, myrtillor. an. ℥ i.*
ladani ʒ ii.
acaciæ, hypocystidos, aluminis an. ʒ i.
ceræ albæ q. s. f. vnguentum. Illinatur pars glabra.

Si vero à prauis humoribus radices capillorum erodantur, iis, quę acrimoniam humorum attemperant, vtendum, vt oleo oliuarum vel amygdalarum dulcium, butyro recenti, lacte, oleo rosaceo simul mixtis.

Ad epilepsiam præcauendam:

℞. *Sem. & rad. pœoniæ, rad. angelic. sem. nigell. Roman. folior. maioran. rorism. an. ʒ i.*
olei nardini q. s. f. vnguentum, quo syncipnt & narium pars interior somni tempore inungatur.

Ad palpebras inflammatas:

℞. *Mucilag. sem. cydonior. psyllii extract. in aq. rosar. an.* ℥. ß.
vnguenti rosat. vel pomad. ℥ i.
f. vnguentum. In declinatione vero:

℞ *Mucilag. sem. alth. fœnogr. lini in aq. fœnicul. extract.* ℥. ß.
sarcocoll. in lacte muliebri nutritæ ℥ i. ß.
aloes, myrrhæ, an. ℈. ß.
croci gr. iij. Misce.

Ad lacrymarum fluxum ex modice adstringentibus & siccantibus:

℞. *Cortic. thuris, masticis an.* ℥ i.
gummi tragacanthi, sarcocoll. coralli an. ℈ i.
tutiæ præpar. antimonii, boli armen. sangnin. draconis an. ℈. ß.
cum syrupo cydonior. f. vnguentum.

Sic in Aegylope:

℞. *Plumbi pulueriz. masticis, sarcocoll. an.* ℥ i.
alum. coralli, an. ℥. ß.
antimonii ℈ i.
succi solani & ceræ q. s. f. linimentum.

Si vero partes oris internæ vel labia sint exulcerata, parabuntur ex iis, quæ nec sapore nec odore nimium sint ingrata, vt pote ex melle rosato, addita farina hordei vel cicerum ad detersionem.

Vel si maturare volueris:

℞. *Syrupi de althea* ℥ i.
passular. mundat. ℥ iij.
ficuum ℥. ß.
in mortario contusis, affunde syrup. q. s. ad formam vnguenti.

Sic

Sic linimentum ad fiſſuras labiorum conueniens erit vel ex pomada, vel ex oleo vitellorum ouorũ.

Ad maculas poſt morbillos relictas ex radic. enulæ, oxylapathi, ireos, fol. veronicæ, ſcabioſæ, in ſero lactis per aliquot dies maceratis, dein coctis, & per ſetaceum tranſmiſſis, additis farina fabarum, non excorticatar. farina lupinor. Addunt aliqui etiam therebinthinam in aqua ſcabioſæ lotam & cum oleo ouorum vel amygdal. amararum vel tartaro. f. vnguentum.

Ad genarum ſcabiem & vlcera:

℞. *Vnguenti roſati* ℥. ß.
vnguenti albi Rhaſis ſine opio ℥ ij.
emplaſtri de ceruſſa in oleo ouorũ ſoluti, ℥ i.
tutiæ præpar. ℥ i. ß.
Antimonii ℈. ß *f. vnguentum.*

Vel vngento citrino vtere.

Si vero pruritus ſine partis vlcere immodico adſit, ex digerentibus, detergentibus & ſiccantibus parabitur, vt:

℞. *Rad. oxylapathi, enulæ, an.* ℥ ij.
radic. ſerpentar. minor. ℥ i.
in aceto ad emollitionem coquantur, dein contundantur, & per ſetaceum traiiciantur. Adde lithargyri. ℥ i. ß.
axungiæ ſquillæ, olei de frumento, tantum q. ſ. f. vnguentum.

In affectibus thoracis à refrigerantibus & immodice exiccantibus abſtinendum, ſi cũ his reſpiratio impediatur. Sic in ſputo ſanguinis parabitur

℞. *Thuris in lacte vel vino dulci nutriti, myrrhæ, maſtiçis an.* ℥ i.

cineris cancror. ℥ j. ß.
farin. fabar. ℥. ß.
terebinthin. in aq. scabios. lotæ ℥ ij.
olei mastichini q. s. fiat vnguentum. Quod si maiore exiccatione opus, lythargyrium, vel trochisci de carabe, vel de bolo addi possunt.

Ad hepar, lienem, si tumeant, si scirrho laborent, sitque laxandum vel emolliendum, perpetuo aliquid, quod adstringat, addendum. vt si hepatis intemperies sit calida, adstringentia frigida, vt est santalon, corallus: Si vero intemperies frigida, calida, vt absynthium, spica nardi, cyperus.

Ad duritiem iecoris cum intemperie frigida:

℞. *Mucilag. sem. althea, fœnugr. lini, in aq. agrimoniæ extractæ an.* ℥ j.
adip gallin. & anseris, an. ℥ ß.
masticis ℥ ii.
pulueris absynth. ℥ i.
cum oleo liliorum, de absynthio & cera q. s.
f. vnguentum. Inunctionis tempore ad penetrationem & robur tantillum vini affundi poterit.

In intempreie vero calida:

℞. *Mucilag. semin. altheæ, lini extract. in aqua violar. an* ℥ j.
adipis gallinæ, anseris, an. ℥. ß.
santali vtriusque puluerizati, rosar. rubear. an. ℈ ij.
spicæ nardi (penetrationis gratia) ℥. ß.
olei rosati & mastichini q. s. vsus tempore tantillum aceti addatur.

Sic

Sic in hydrope ab hepatis intemperie frigida caussata, vbi addenda sunt aperientia semina, flores, radices, succi, oleum nardinum, vinum maluaticum: cauendo tamen, ne à nimium calefacientibus calor natiuus, qui superest, resoluatur, vt:

℞. *Succi apii ℥ j.*
ol. nardin. lilior. an. ℥ j. ß.
aceti albi ℥. ß.
coquantur ad succi consumptionem, adde gummi ammoniac. in aceto dissol. ℥. ß.
rad. asari, santal. rub. an. ʒ j.
sem. apii. ʒ. ß.
ceræ q. s. f. vnguentum; prodest etiam vnguentum Agrippæ.

In lienis tumore scirrhoso præter ea, quæ dicta sunt, vsurpari possunt succus cyclaminis, mercurialis, ebuli, sambuci cum farina lupinorum, semine lini, altheæ, vino maluatico, oleis laxantibus, gummatibus, vt ammoniaco, sagapeno in aceto dissolutis; & sic resina abietis sola in formam vnguenti applicata idem præstare posset. Ad hoc valet vnguentum de arthanita minus, vnguentum martiatum.

Renibus æstuantibus ex oleo amygdal. dulc. violarum, adipe gallinæ, butyro recenti simul mixtis, vnguentum fit. Sic ad renes roborandos & nocturnam pollutionem, valet vnguentum comitissæ.

Si vero cum dolore calculus hæreat, vel arenæ in renibus & etiam vreteribus, ex relaxantibus prædictis cum oleo scorpionum, & cera fit linimentum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Sic inteſtinis infantum male affectis illinitur venter infimus oleo amygdalarum dulcium, anethino, chamomelino, & cum adipe gallinæ & cera fit linimentum, cui tantillum croci aut mithridatii admiſcetur. Sic ad aluum emolliendam:

℞. *Succi colocinth. ellebori an.* ʒ. ß.
diagridii ʒ. ß.
cum felle taurino, & prædictis farinis fiat vnguentum vmbilico imponendum.

Hoc autem fortius eſt vnguentum de arthanita maius, quod in officinis habetur.

In dolore colico flatulento ex ol. anethino, chamom. puluer. garyophyll. piperis, ſpicæ nardi cum cera. Vel:

℞. *Sapæ* ℥ ij.
ſem. fœnic. aniſi an. ʒ. ß.
mithridatii ℥ iij.
cum pice, fiat vnguentum.

Addi poteſt & terebinthina, ſic & oleum de caſtorio, laurinum, rutaceum, vel vnguentum Aregon applicetur.

Ad hæmorrhoidas ſi cum dolore, applicabitur vnguentum confectum ex vnguenti populeonis & roſati partibus æqualibus, vel cerati refrigerantis Galeni, vt:

℞. *Olei violati, de papau. de cucurbita, an.* ʒ. ß.
vnguenti roſati ʒ. vj. *f. linimentum.*

Si vero durities adſit, ex mucilag. ſem. lini, altheæ in aq. violæ extractis cum adipe, vel additis oleo lilior. vel decoquuntur radices liliorum altheæ, paſſul. ficus in lacte vel oleo. Adduntur folia verbaſci, quæ ſimul contuſa transmittuntur per ſeta-

ceum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ceum, & applicantur. Si nimius eorum ſit fluxus, vnguentum comitiſſæ vſurpetur.

Ad fiſſuras ani ex oleo roſac. violaceo, nenupharino cum vitello oui ad ſedandum dolorem; Quo ſedato, vnguentum ex ceruſſa in aqua ſolani lota, & pomada addito lithargyro f. linimentum. Vel ex terra ſigillata, addito ſucco ſedi maioris, ſimul in mortario plumbeo mixtis, f. linimentum.

Vtero frigidiore poſt fomenta & inſeſſus linimenta cum oleis & pulueribus conficiuntur, vt ad nimium menſium fluxum:

℞. *Boli arm. ſang. draconis an. ℥. ß.*
nucis cupreßi, thuris, maſticis, an. ℥ j.
ſem. plantag. portulac. flor. roſar. rubear. an. ℥ j. ß. cum vnguento comitiſſæ loco ceræ. f. vnguentum lumbis & hypogaſtrio applicandum.

Poſſunt etiam pulueres prædicto ſucco excipi cõſolidæ maioris, plantag. album. ouorum & oleo roſato.

Sic ad abortum propter laxitatem ligamentorum impediendum ex vnguento comitiſſæ cum puluere nucis cupreſſi, mali citrii, thure, maſtice, & oleo myrtillorum, vel roſac. omphac. & cera f. vnguentum.

In morbo articulari in initio dolore vrgente, parte calente & rubente, ex mucilag. ſem pſyllii, cydonior. in aq. ſolani extractæ, cum cerato refrigerante Galeni, f. linimentum. Si vero tantus non ſit calor:

℞. *Olei violar. & roſac. an. ℥. i.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

croci ℈.ß.
camphor.gr.ij.
vitellos ouor. numero iii.
f. linimentum.

In crudelissimis vero doloribus ipsis anodynis addi potest nonnihil opii. Sic ad vlcera varia in officinis vnguenta habentur, vt ad virgæ vlcera, vnguentum rubeum camphoratum. Ad ambusta & erysypelata, vnguentum album camphoratum. Ad tibiarum vlcera & erysypelata vnguētum diapompholygos. Ad vlcera, scabiem & adustionem, vnguentum album. Ad vulnera glutinanda, vnguentum aureum. Ad vlcera antiqua extergenda & fistulas, vnguentum Ægyptiacum, vnguentum Apostolorum, & pro re nata à Medico præscribi possunt, & qui volet, vnguentorum catalogum amplum apud Nicolaum Myrepsium *d* inueniet.

d *sect*.3.

e *Oribas*.10. *coll*,27.

Vnguentorum potissimum vsus est *e* in iis partibus, quibus cataplasmata applicari non possunt, nec madefactioni locus est, vt sunt, palpebræ, aures, nasus totaque facies: & iis partibus, quæ multum mouentur, feruidis inflammationibus, quæ erysypelatis naturam referunt, tentantur, cum in illis consistere non possint: Hæ vero ab illis irritantur: cutis exulcerationibus, quæ à cataplasmatibus aggrauantur. Sic denique laxos tumores aliaque multa inungimus. Hæc de linimentis & vnguentis.

De

De Ceratis.

CAP. XLVI.

CEratum, siue cerotum, Κηρωτὸν, Galeno, quod magna ex parte cera constet, vel à cera & oleo nomen habet, & à Græcis, referente Galeno *a*, emplastrum & malagma, ab Ægineta *b* μυράκοπον vocatum: Medicamenti genus est ex oleis, gummatibus, succis, aliisq; simul cera vnitis constans: consistentia inter vnguentum & emplastrum medium: Illo enim solidius: hoc vero minus, quamuis non semper eadem sit forma, cum aliquando humidius, aliquando siccius fieri possit.

a 7. *de compos. secundum gener.* 5.
b *lib.* 7. *cap.* 20.

Horum materia eadem est, quæ linimentorum & vnguentorum vtpote cera, propolis, pix, resina, adeps, oleum & pulueres. In quorum mixtione proportio seruanda, quæ ex Galeno *c* in cerati rosacei descriptione colligitur; vt tripla vel quadrupla proportio sit olei ad ceram, & tale ceratum Galenus *d* humidum vocat, e.g. Si olei ℥ ij. sint, ceræ sit ℥. ß. resinæ ℥ ij. pulueris vel specier. ℥ ij. vel ℥ iij. additur resina, vt tenacius parti adhæreat, & diutius, quod ex Galeno *e* colligitur, in quem etiam finem forma hæc inuecta. Omnium autem accommodatissima resina est terebinthina, aut larycea.

c *de comp. secundum genera* 2.
d 10. *meth.*
e 1. *de comp. med. secundum genera* 12.

Sunt autem duplicia: alia enim sunt vere cerata; alia vero minus proprie; & à similitudine sic dicta, quæ præter oleum & ceram, herbas & alia recipiunt: Proprie enim dicta cerata ex cera & oleo componuntur.

Rursus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Rursus quædam in officinis parata habentur, quædam pro voluntate Medici conficiuntur: siquidem quædam parata habere oportet, vt sunt ea, quæ vetustate vires non amittunt, vt sunt calida, quale est stomachicũ, vel quæ certo anni tẽpore tantum confici possunt, vt est Oesypi. Vel quæ difficilius parantur, & per otium confici debent: alia enim parata seruanda non sunt, vel parua solum quantitate, cuiusmodi est ceratum album vel infrigidãs Galeni. Vel si paratum sit, quãdo in vsum reuocabitur, aqua frigida lauandum, vt magis refrigeret.

f cereta varia habet Myrrep. sect. 30.

In officinis *f.* vsitatissima sunt, ceratum stomachicum, quod ventriculi intemperiem frigidam corrigit, inflationem discutit, cõcoctionem adiuuat. Ceratum santalinum proprie ad hepatis intemperiem calidiorem: ceratum album vel infrigidans Galeni ad partes quascunque nimium incalefactas, capite quidem, ipsa tempora, in febribus ardentibus, & hepar, & spinam dorsi inungẽdo. Quod tamen magis refrigerabit, si quid camphoræ addatur: vel si lauetur aqua aliqua refrigerante, vt endiu. cichor. Sic etiam vbi præter refrigerationem adstrictione opus est, eius vsus esse potest, si misceatur aliquod resoluens, valebit ad partes contusas, ad contumaces dolores. Ceratum matricale, etiam habetur, & creatum ad rupturam Guidonis, cuiusmodi etiam est ceratum de pelle arietina Vigonis.

Quod si vero recentia præscribere lubeat, eadem erit materia, vt in febribus ardentibus & affectibus capitis calidioribus:

℞. *Vn-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

℞. *Vnguenti populeonis & rosacei an. ℥. ß.*
lauentur in aq. nymphea, adde mucilagin. sem. psyllii, cydonior. sem. papau albi contus. an. ʒ i. ß.
cum cera q. s. f. ceratum.

In phrenitide vero & grauissimis affectibus, viribus adhuc constantibus:

℞. *Cerati prædicti* ℥ i.
opii gr. iiij *vel* v *misce.*

Ad ventriculum corroborandum in alui profluuio:

℞ *Carnis cydonior.* (nonnulli solam carnem cydoniorum applicant.) *masticis, an.* ʒ. ß.
pulu. coralli rubr. rosar. rubear. myrtillor. an. ʒ ii.
cum oleo cydonior. q. s. & terebinthina pauca, fiat ceratum.

quod extensum super alutam mollem & tenuem ad formam scuti ventriculo applicatur: verum cibi tempore remouendum. Quod si maiore opus sit adstrictione, bolus arm. addi potest. In lienteria, carni cydoniorum & mastici, cerati stomachici portio addi poterit, cum oleo nardino, vel de absynthio, vel de mentha, vel mastichino.

Hepate refrigerato, vt in hepatica fluxione:

℞. *Cerati santalini & stomachici, an.* ℥ i.
olei de absynthio q. s. fiat ceratum, quod stomacho ieiuno applicetur.

Splene indurato:

℞. *Ammoniaci in aceto forti soluti* ℥ i.
olei de capparibus, liliorum albor. & cera q. s.

fiat

fiat ceratum, quod ſuper corium inſtar linguæ bubulæ oblongum extendatur.

Ad dolores & inordinatos motus vteri:

℞. *Galbani in aceto diſſoluti q. ſ. extendatur ſub alutam.*

Vel adde puluerem arthemiſiæ & matricariæ, & bdellii parum. f. ceratum hyſtericum forma fere triangulari, cuius apici pubem ſpectanti moſchi gr. ii. vel iii. addantur.

Ad dolores articulorum à cauſſa calida & initio fluxionis:

℞. *Mucilag. ſem pſyllii, cydonior. extract. in aceto, an.* ℥ i.
olei violati & roſati an. ℥. vi.
cum cera in oleis liquata. fiat ceratum.

Si à cauſſa frigida ad digerendum, fluxionem arcendam, partes roborandas:

℞. *Mucilagin. ſem. lini, fœnugr altheæ in aq. chamæpyt. & aceto forti extractæ an.* ℥. ß.
farin. lupin. ſem. lini, pulu. lumbricor. terreſt. an. ℥ i. ß.
ol. vulpin. lumbric. an. q. ſ. ol. de croco parum, cum cera ſufficiente, fiat ceratum.

Ad dolorem coxendicis ex oleo roſar. de mandrag. cum gummi opopanace, ſagapen. reſina, cum cera, fiat ceratum.

Ad gonagram:

℞. *Flor. chamomel farin. fabar. furfurum. an.* ℥. i.
ſtercoris caprini ℥ i. ß.
decoctis in oxycrato cũ oleo anethino f.ceratũ.

Ad tumores tophaceos:

℞. *Ammoniac. in aq. chamæpyth. ſoluti, pingued. veteris* ℥ i.

cum

cum oleo lumbricor. & cera q. s fiat ceratum.

Præstantius fiet, si in aqua vitæ & saluiæ lauentur omnia.

Fiunt etiam cerata ex emplastris, in oleo conuenienti dissolutis, quando scilicet pars affecta emplastri duritiem ferre nequit, vt ad tumorem articulorum discutiendum, vbi iam dolor sublatus est:

℞. *Emplastri de meliloto, diachyli, ireati, an. ℥ i.*
pulueris hermodactyl. chamæpyth. lumbricor. an. ℥. ß.
olei irini vel chamomelini q. s. fiat ceratum.

De Emplastris.

CAP. XLVII.

EMplastra, ἔμπλαστρα Græcis, videntur dicta ea medicamenta, quæ linteis *a* expansa, vel pellibus tenuibus inducta imponuntur, quo tenaciter corporis partibus adhæreant. Quare à materia emplastica & glutinosa nomē habent, cuiusmodi est cerussa *b*, pompholyx, cadmia, calx lota, bolus armen. terra sigillata, creta, amylum, cera, & pręter hæc quædā, quæ & vnguentorū & ceratorum cōpositionem ingrediuntur, vt sunt lacrymæ, resinæ, pix, terebinthina, mastiche, ladanū & similia viscosa. Quædam etiam alia, vt pulueres, quæ nihil viscidi licet habeant, viscosis tamen & glutinosis vniuntur. Ipsorum enim consistentia solidior est & durior, quam sit ceratorum, quam à prædictis nanciscuntur, præsetim à creta, lythargyro, (quod materia emplastrorum à Galeno dici-

a *Actuar. 5. meth med. 1.*
b *De materia emplastr. vide Aegin. lib. 7. c. 17.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

dicitur) gummi aut omnibus ſimul permixtis, quibus oleum, adeps, quo pulueres apte cohæreant, & parti recte admoueantur, adduntur.

Sunt autem duplicia: alia coctura fiunt, quæ vera ſunt pharmacopœorum emplaſtra; alia ſine coctura fiunt, ſed incorporantur mucilagine aut pane aut farina, vt eſt emplaſt. de cructra panis, quæ non vera ſunt emplaſtra.

Differunt etiam vel ratione partis, cui applicantur, vel ratione effectus, vt ſunt cephalica, vt de betonica, de gratia Dei, ſtomachica.

b vide Celſ. lib. 5. c. 17.

Compoſitionis c autem ratio & ordo talis eſt: Cera in oleo liquenda, lythargyrum in mortario terendum, oleum ſenſim affundendum & cum eo decoquendum. Adduntur plantarum ſucci conuenientes, vel alii liquores, vt vium, acetum, aq. vitæ, quæ quidem ad conſumtionem vsque liquorum ſimul coquuntur; Poſtmodum adeps, gummata, reſinæ permiſcentur, vel, per ſe, vel aliquo liquore ſoluta. Tandem terebinthina cum opus eſt, infunditur, quibus ſimul ſubactis & agitatis, pulueres adiiciuntur, vbi legitimam cocturam nacti fuerint, & ad conuenientem permixtionem ſemper mouendum, vsque dum in maſſam abeant, ex qua, manibus oleo lilior. aut amygdalarum inunctis, ſubacta fiunt magdaleones, quibus nonnunquam odoris gratia moſchus & ambra, reſolutionis gratia crocus additur, quæ ignis vim non ferunt. Deligi vero debent in compoſitione ea, quæ magis affectui conueniunt.

Notandum, diutius decoquenda ea, quę multa humida recipiunt, vel ſuccos, vel acetum, vel aquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

quam, quia humiditas illa contraria est viscosis, & adhæsionem impedit.

Tempore etiam variat coctura. Aestate enim magis coquuntur, vel olei minus additur, ne ob humiditatem nimiam diffluant & calore soluantur. Hyeme minus coquuntur, quia ipsorum consistentia dura, aeris frigiditate conseruatur.

Simplicior emplastri forma est, cum omissis glutinosis & viscidis, plus ceræ cum oleo liquatur, vt pulueres excipiat. Fiunt etiam ex farinis, succis, pulueribus, mucilaginibus, absque cera. Oportet enim Pharmacopœum emplastra reponere, partim, quod quædam magno artificio parentur; quæ si iis egeamus, non ita cito recte parantur: partim quod quædam tantummodo certis temporibus conficiantur, vt sunt emplastra ex succis herbarum. Accedit etiam, quod emplastra non facile antiquitate corrumpantur. Sunt autem emplastra communiter in officinis vsitata, diachylon simpl. quod tumores duros emollit & discutit. Idem præstat diachylon magnum, quod potentius est, è mucilagine seu diachylon compos. ad idem valet; verum etiam abscessus maturat. Sic etiam emplastrum de meliloto, quod omnes dolores hepatis, lienis, ventriculi lenit, sic etiam tumores emollit & discuit. Emplastrum diuinum mollit etiam, doloribus frigidis thoracis, scapularum medetur.

Emplastror. catalogum vide apud C. Celsum lib. 5. c. 19. Aegin. l. 7. c. 17.

Oxycroceum, ab aceto & croco dictum, mollit, discutit, lenit, dolores iuncturarum, & quæ circa periostium sunt, tollit. Emplastrum contra rupturam, adstringit, repercutit, fluxiones intercipit.

Q De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

De mastiche digerit, exiccat, quare & fluxiones sistit. De crusta panis in vomitu puerorum, quod diu conseruari non potest, nisi ceram addamus, & olei mastichini dosin augeamus.

E baccis lauri dolores à caussa frigida cuiuscũque partis, & à flatibus mitigat. Quod ad hydropem quoque valet, si stercus caprinum addatur & cyperi radix triplicetur.

Empl. de ranis seu de vigo cum Mercurio ex ℥ iiii. hydrargyro pro libra, quascunq; durities emollit & resoluit; potentius id facit, si hydrargyrum in dupla dosi sumatur. Quod etiam quarumuis partium dolores, thoracis & abdominis exceptis, lenit.

De cerussa partes exulceratas exiccat & lenit. Sic emplastrum album coctũ excoriatis à calceamentis, opitulatur. Triapharmacum carnem in vulneribus regenerat, & ea consolidat. Apostolicum ad vulnera, ad neruos præcisos, morsus animalium putredine ablata concauitates carne replet, & cicatricem inducit. Sic emplastrum basilicum, vlcera inflammatione carentia, præsertim partium neruosarum abstergit, & carne replet. Ex his ergo vel per se, vel pro ratione partis affectæ, vel morborum complicatione cum oleo liquatis, & incorporatis fiunt emplastra.

Ad diuturnos & graues capitis dolores ab humore frigido:

℞. *Empl. de betonica* ℥ iii.
pulueris beton. cyperi, ireos florẽt. nigel. an. ʒ iii.
picis liqu. q. s. misce, capite raso applicetur.

Poterit etiam hoc pacto recens parari:

℞. *Fur-*

℞. *Furfuris ℥ iij.*
salis ℥ ß.
bulliant cum sapa, leni ebullitione ad consistentiam.

Vel hoc pacto:

℞. *Olei omphac. ℔. ß.*
olei rosacei ℥ j. ß.
vitellos ouor. numero vj.
misceantur simul in sartagine super cineres calidos assidue mouendo, adde farinæ hordei, amyli, an ℥. ij.
croci ℥ j. ß. f. emplastrum.

Exemplum in dolore lateris declinante:

℞. *Empl. de meliloto, de mucilag. an. ℥. ß.*
olei liliorum albor. & picis q. s. f. emplastrũ.

Ad hepatis tumorem durum emolliendum:

℞. *Emplastri diachyli simpl. & de meliloto an. ℥. ß.*
pulueris absynth. cyperi, nardi, an. ℈ ij.
cum oleo de absynth. f. emplastr. quod hepati admoueantur.

Ad lienis duritiem:

℞. *Ammoniaci in aceto acerrimo dissoluti ℥. ß.*
puluer. ceterach. ℥ iii.
emplast. de mucilag. de meliloto, an. ℥. ß.
olei de capparib. q. s. f. emplastrum, quod lieni applicetur.

Ad alui profluuium:

℞. *Rad. cyperi, cortic. mali granati, nucis cupressi an. ℥. ß.*
sanguin. dracon. boli armen. terræ sigillat, coralli vtriusq; rosar. rubear. an. ℥. ii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

pulueriz. omnibus, excipiantur mucilagin
gummi tragacanthi & ſem. cydonior. ex
tract. in vino auſtero, cum ſufficiente fari
na hordei aſſata, & f. emplaſtrum.

quale etiam ex ſuccis adſtringentibus, plantag. burſæ & virgæ paſtoris, centinodiæ, berberis, granator. malor. pyrorum conſtringentium confic poteſt. Additis pulueribus prædictis, cum farina auenæ & hordei.

Ad fœtum continendum.

℞. *Terræ ſigillatæ, boli armenæ, in aq. roſar. lota*
an. ℥ j.
maſticis, ſanguin. dracon. an. ℥. ß.
radic. biſtortæ, balauſtiar. gallar. nucis cupreſſ.
an. ʒ. j. ß.
vnguenti comitiſſæ & ceræ, & olei myrtillor.
an. q. ſ. f. emplaſtrum, lumbis potiſſimum admouendum.

Ad gonagram ſiue genuum tumores cũ dolore:

℞. *Stercoris caprini* ℥ j. ß.
bulliant cum oxycrato & ſapa ad debitam con-
ſiſtentiam, ol. cham. anethi an. q. ſ. f. empl.

Ad coxendicis dolorem:

℞. *Empl. diacalciteos, vnguenti deſiccat. rubri an.*
℥ ij.
empl. keyronii, diachyli ſimplic. an. ℥ j.
ſtyrac. calam. thuris, maſtic. an ℥. ß.
flor. chamomel. meliloti, camepyt. pulueriſ. an.
ʒ j.
incorporentur ſimul omnia cum ol. chamomel.
& irino.

Ad antiqua vlcera parabitur emplaſtr. de plumbo vocatum.

℞. *Ly-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

℞. *Lytharg. aurei* ℥ iiij.
plumbi vſti. ℥ ij.
tutiæ præparatæ ℥ j.
minii ℥ i. ß.
ceruſſæ ℥. ß.
olei roſ. ℥ viii.
ceræ nou. ℥. ij. *f. emplaſtrum*, quod parentis mei fuit, à nemine hactenus deſcriptum.

Ad partes contuſas ex caſu ab alto parabitur ſic:

℞. *Boli armen* ℥ i.
ſanguin. dracon. ℥. ß. *quæ pulverizata excipienda oleo roſato & album. ouor cum tantillo aceti*, quod initio ad fluxionem impediendam, applicandum.

Fluxione vero ſedata:

℞. *Gummi ſagapen. in aqua chamom. diſſol.* ℥ ii.
thuris, maſticis an. ℥. ß.
farin. hordei fabar. an. ℥ ii.
pulu. meliloti, chamomel. ireos florent. an. ℥ i.
olei chamom. & irini q. ſ. cum cera noua f. emplaſtrum.

Quod ſi vero ex vnguento emplaſtrum conficere velis, reſinam, picemque addes, vel minus olei & plus ceræ.

Vſus: Valent ad roborandum & ſiccandum, humores impactos digerendos, cõtumaces tumores molliendos, concoquendos. Ab his, vbi refrigeratione opus eſt, abſtinendum. Quando autem emplaſtris in officinis vſitatis vti volumus, ſi vel antiquata ſint, vel exiccata, malaxari debent, hoc eſt, emolliri, vel in aqua calida, vel cum oleo, quo lenteſcant, emolliantur, & recte parti adhæreant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

De Telis emplasticis.

CAP. XLVIII.

EMmplastris succedunt Telæ emplasticæ, quæ & easdem vires cum emplastris obtinent, & pro partis affectæ magnitudine conficiuntur, & ratione effectus variant; siquidem aliæ digerant; aliæ expurgent; aliæ adglutinent; aliæ cicatricem inducant. Confectionis hic modus est; Telam vetustate detritam, minime tamen laceram, materiæ emplasticæ, posteaquam coctione legitimam cõsistentiam acquisiuit, immergunt, materia hac infectam extendunt, quo refrigerata induretur, tandem obuolutam in vsum reponunt, e.g.

℞. *Olei ros.* ℥ iiii.
ol. chamom. ℥ ij.
ranas virentes numero iii.
flor. chamom. meliloti an. ℥. ii.
vini odorati cyath. i.
coq. ad vini consumptionem, colentur per setaceum, adde ceræ ℥ ii.
cui mixtioni tela immergatur, cuius vsus sit ad digerendum, resoluendum, dolores podagricos leniendos.

Vel hoc pacto ad molliendum & digerendum;

℞. *Olei communis, axungiæ suillæ liquat. lythargyrii, an.* ℔. ß.
adipis arietis, picis naualis, ceræ virgin. an. quart. j.
simul lento igne coquantur, quibus idoneam consistentiam nactis, tela tam diu immergatur, vsquedum vtrinque sit imbuta.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Hoc modo etiam paratur, quod Chyrurgi ſpatrapum vocant, cuius compoſitio talis eſt:

℞. *Farinæ volatilis, thuris, maſticis, boli arm. piciꝗ, an.* ℥. ii.
adipis aut ſeui arietini, ceræ alb an ℔. ß.
cera & ſeuo liquatis, reliqua addantur, & tela ſæpius immergatur, cuius vſus eſt in fracturis.

Paratur etiam ad modicè refrigerandum & exiccandum hoc modo:

℞. *Olei communis* ℔. ß.
ceruſſ quart. j.
lythargyr. aur. an. ℥ j.
myrrhæ, ℥. ß.
camphoræ ʒ i. miſce.

De Cataplaſmatis.

CAP. XLIX.

Cataplaſma *medicamentum eſt molle, & conſiſtentia mediocre, quod repellendo, concoquendo, digerendo, reſoluendo, laxando, vacuando, detergendo, calfaciendo, ſiccando, refrigerando, dolorique ſedando adhibetur.* Quare variæ ſunt cataplaſmatum vires, variique vſus, cum non ſolum ex materia valde diuerſa componi, ſed etiã partibus variis admoueri poſſint. Et licet apud antiquos magna *a* ex parte ex melle & reſina, terebinthina, aut ex vtriſque prius coctis, fuerit confectũ, cui medicamenta vel ſicca inſpergebãtur, nec præterea coquębãtur, vel incocta eſſent: ſępiſſime vero & ex pane, oleo & farina, *a Oribaſ. 9. coll. 24.*

b.lib.2.ad Glauc.

vt videre est apud Galenum b. Tamen materia sunt plantarum partes, vel decoctæ, vel in puluerem redactæ, vel earundem succi extracti, deinde furfures, farinæ, mica panis, lacrymæ, resina, adipes, axungiæ, bolus armen. terra sigillat. olea, vnguenta, cerata, emplastra cum oleo soluta.

Iam vero cataplasmata alia a sine aqua, alia sine decoctione, & alia cocta parantur. Quæ non decoquuntur, pinsa ab Oribasio c nominantur, quorum apparatus terminus est, vt valde læuigata & in vnum coacta sint, ne inquinent, nec etiam defluant. Coctis vero non est statutus terminus, vt non inquinent.

c 9. coll. 24.

Cataplasma simpliciter anodynum paratur e mica panis d decocta in lacte:

d de cataplas. ex pane vide Orib. 9. col. 26. quemadmodum & de aliis ad libri finem vsque. Aet. tetr. 1. ser. 3. c. 177. Myreps. sect. 29.

℞. *Micæ panis* ℥ iiij.
macerati in lacte, deinde decoque, semper agitando, additis tribus vitellis ouorum, croci ℥ j. *f. cataplasma,*

quod magis erit anodynum, si in lacte caprino decoquatur. Quod si calor vrgeat, addi poterit oleum rosatum, vel de papauere. Intensiore vero calore oleum de mandragora, vel hyoscyamo. Sunt qui vnguentum rosatum addant. Dolore intensissimo existente, ad cataplasmatis ℥ ii. opii gr. vi vel viii. addere possumus.

Ad refrigerandum & fluxionem sistendam:

℞. *Farinæ hordei, fabar. lentium an.* ℥ j.
decoq. in oxycrato, adde mucilag. sem cydonior. psyllii extract. in aqua rosar. ad ℥ ij.
vitellos ouor. numero ii. *f. catapl.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Vel ex ſuccis refrigerantibus & adſtringentibus, vt polygoni, plantaginis, ſemperuiui, ſolani, cum earundem aquis & farinis ſupra nominatis.

Ad dolores à cauſſa frigida ex calefacientibus, diſcutientibus & laxantibus:

℞. *Rad. enulæ, altheæ. lilior. an.* ℥ i.
folior. thapſi barbati, abſynthii, rutæ, flor. chamom. meliloti an. m. j.
ſem. aniſi, fœniculi, dauci, baccar. lauri, iuniperi contuſar. an. ℥. ß.
coque in vino vel hydromel. ad perfectam emollitionem, contundantur in mortario, per ſetaceum traiiciantur: Adde olei anethini, chamom. roſac. an. ℥ iij.
ſapæ ℥. ij.
cum farina lupinor. f. cataplaſma.

Quod ſi dolor latus afficiat, ex emolliẽtibus & reſoluentibus, vt decoct. maluæ, alth. violar. flor. chamom. meliloti, ſem. lini, cum farina hordei, & oleo lilior, vel ſi æſtus adſit, oleo violato, cataplaſma paratur.

In nephritico dolore à calculo ſeu vrinæ arenulis, pituita craſſa, grumo ſanguinis, quemadmodum ſi hæc eadem in veſica ſubſiſtant, & vrinam ſupprimant, parabitur ex parietaria, vel ſola, vel cũ hedera terreſtri, quæ frigenda ſunt in butyro, & parti applicanda. Vel decoquenda in lacte vna cum laxantibus, malua, althea, violaria, ſemine lini & fœnogræci cum butyro & oleo amygdal. dulc. Potentius erit, ſi folia anagallidis, aquat. naſturtii, raphani & eius radix addantur. In primis vero proderit, ſi oleum de ſcorpionib, ipſi decocto colato addatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Emollientia cataplasmata, quæ tumoribus seu abscessibus duris applicantur, fiunt ex materia emolliente, vt radicib. alth. liliorum, foliis quatuor herbarum emollientium, sem. fœnugr. lini, quæ vel in aqua, vel oleo communi decoquuntur, materia cocta contunditur. Deinde adduntur adipes, axungiæ, mucilagines, nonnunquam & gummata, vt ammoniacum, opopanax: Sic & vnguenta emollientia, vt est de meliloto, vel martiatum, vt:

℞. *Rad. althea, lilior. an.* ℥ iij.
herbarum emollientium, an. m. j.
ficuum concisarum nr. vj.
sem. alth. fœnogr. an. ℥ j.

(quod si incidendum & attenuandum sit, propter frigidos & contumaces humores, addi poterit radicum bryoniæ, ireos an. ℥ j.) *coq. in s. q. aquæ ad perfectam emollitionem. Deinde per setaceum transmittantur, adde farinæ sem. fœnogr. lini, an.* ℥ i. ß *axungiæ suillæ q. s. cum oleo lilior. f. cataplasma.*

Emolliens vero & resoluens tale erit.

℞. *Rad. alth. lilior. ireos, an.* ℥ i.
herbar. violar. malu. an. m. i.
parietariæ, verbasci, absynth. an. m. ß.
ficus numero iij.
sem. fœnug. lini, an. ℥. ß,
flor. meliloti, chamom. an p. ii.
coq. vsque dum mollescant omnia. contusis & cribratis adde farinæ lini ℥ ii.
axungiæ porci. ℥ i. ß.
olei chamom. q. s. f. cataplasma.

Quod si dolor etiam vrgeat, vitelli ouor. numero ii. vel. iii. cum croci ℈ i. addi poterunt.

Ad

Ad maturandum & ſuppurandum paratur ex emollientibus, digerentibus omiſſis, vt:

℞. *Rad. lilior.* ℥ ii. *alth.* ℥ i.
ficuum conciſar. numero iiii.
coctis ad perfectam emollitionem, contuſis & traiectis, adde micæ panis albiſſ. vel farin. triticeæ. ℥ ii.
butyri recent. non ſaliti, axung. ſuill. an. q. ſ. f. cataplaſma.

Quod ſi abſceſſum ſponte rumpi velimus, ſuperiori cataplaſmatis parti, fermenti ℥ iii. vel iiii. apponantur.

Digerentia fiunt ex farinis lupinor. fabar. hordei coctis in aq. & vino, adduntur pulueres flor. chamom. meliloti, ſemin. lini, fœnugr. radic. ireos cũ oleis reſoluentib. chamomel. anethino, irino.

Sic ad anginam digerens tale:

℞. *Vnguenti dialthea,* ℥ iiij.
olei lilior. albor. ℥ iij.
ſtercor. hirundin. vel gallinæ vel canis. ℥ vi.
f. cataplaſma.

Ad fluorem alui ſiſtẽdum ex decocto roſar. rubear. balauſtiarum, pſidior. plantag. vtriusque, polygoni, equiſeti, burſæ paſtoris cum farina fabar. & oleo cydonior. myrtillorũ, maſtichino, decoctis prius herbis & florib. in vino adſtringente.

Sic ad lumbricos paratur cataplaſma ex abſynthio & felle bubulo in ſartagine frixis, vel etiam addita farina lupinorum, oleo abſynth. & ſem. ſantonici, applicatur ipſi vmbilico.

Verũ in communi compoſitione hæc proportio vtplurimum obſeruatur, vt herbarũ pars vna, fari-

farinarum dimidia oleorum & adipum pars quarta sumatur.

Vsus: Etsi cataplasmata potissimum inflāmationibus conueniant, quæ neq; madefactiones neq; emplastra apte recipere queunt, eo, quod delicatiores sint, quam vt horum applicationem ferant, vt ex Antyllo Oribasius docet; attamen ad dolores leniendos, tumores concoquendos, materiam digerendam, flatus discutiendos, inflammationes sedandas, fluxus sistendos vtimur. Applicantur autem partibus, materia cataplasmatis supra pannum lineum aut stupam cannabinam expansa, & parti plus minusve calida imponuntur.

9. coll. 24.

De Pultibus.

CAP. L.

PVltes à cataplasmatibus parum differunt, & potissimum ex farinis, scopo accommodatis & oleis conficiuntur.

Sunt autem duplices: Vel enim intro sumuntur, vt cibus *a*, vel vt alimentum *b* medicamentosum, vel vt *c* medicamētum, de quibus sermo non est: Vel foris ad tumorum concoctionem applicantur. Vt, ad suppurandum paratur ex farinæ triticeæ ℔ .ß. coctæ in aq. additis olei chamom. ℥ iij. Si magis emollire velis, lilior. si æstum mitigare, violarum. Ad discutiendum vero ex farin. sem. fœnogr. lini, fabar. hordei, cicerum, cum hydromelite mixtis, addito oleo chamom. vel adipe. Ad adstringendum vero, vt in alui fluore, ex ori-

a Aet. tetr. 1. ser. 1.
b Trallian. l. 8. c. 8.
c Aegin. l. 7. c. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

orizæ torrefactæ ℥ ij. farinæ lentium ℥ iii. in aq. rosar. vel aceto vel vtrisque mixtis, coctis, ventri inferiori applicantur.

De Fomentis & fotibus humidis.

CAP. LI.

FOmenta duplicia *a* sunt: Alia humida, alia sicca: quibus frequenter vtimur, antequam vel cataplasmata, vel vnguenta applicemus, idq; eam ob caussam, quo cutis pori *a* reserentur, & facile perspirabiles reddantur, partes relaxentur, & via q. aliis remediis paretur. Variant autem ratione effectuum. Alia enim ad calefaciendum, digerendum & roborandum præscribuntur, vt in contumaci capitis dolore ab humore frigido caussato:

a Oribas. 1. synops. 25. & 9. coll. 21. ex Galeno quidam & Aetio. tetr. 1. ser. 3. c. 175.

℞. *Betonic. saluiæ, maioran. stoechad. origani, hyssopi siccorum an. m. i.*
radic. cyperi ℥ j. ß.
sem. fœniculi, anisi, an. ℥ i.
flor. chamom. meliloti an m. ß.
coq. in lixiuio, addendo agarici in nodulo ligati ℥. ß.
(hermodactyli etiam addi possunt) colentur pro fotu capitis, capillis detonsis applicatur cum spongia.

nonnunquam penetrationis caussa, & vt calor excitetur, aquæ vitæ ℥. ß. addunt.

Alia refrigerant & humectant, simul etiam dolorem leniunt, vt in febribus ardentibus:

℞. *Rosar. violar. nenuph. lactucæ, cucurbitæ, semperuiui, an. m. j. ß.*

Valde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

(Valde vero vrgente dolore, tantundem seminis hyoſcyami albi addi poteſt) *decoq in aqua, ſub finem tantillum aceti affundatur. Addi etiam poteſt camphora* ʒ. ß. Hoc decocto caput cum linteo eidem immerſo fouendum eſt, & caput oleo conuenienti inungendum.

Ad dolores lateris in initio, Hippocrate docente, fotus applicari poteſt ex anodynis, vt:

℞. *Maluæ, violar. altheæ, an. m.* j.
ſem. lini. ℥. j.
flor. chamom. meliloti an. m. ß.
quæ omnia ſacculo induntur, in aq. decoquuntur, quo fotu latus bis aut ter in die foueatur.

Quod ſi vero hyberno fuerit tempore, vel frigidiore aere, tutus erit fomentorum vſus, ſi veſicæ ſuillæ indatur.

Ad ventriculum frigidiorem & infirmiorem:

℞. *Squinanthi, cyperi, calami aromatici, garyophyll. nucis moſch. an.* ℥. i.
radic. galang. ℥. ß.
menthæ ſiccæ, ſummitatum abſynthii, maioranæ, origani. an. m. i.
& ſi flatus vrgeant, adde ſem. fœniculi, aniſi, an ℥. ß.
flor. chamom. meliloti, roſar. rubear. an. p. i.
indantur ſacculo, bulliant in aqua, & vini rubri tertia parte, foueatur ventriculus bis in die ante cibum.

Quod ſi & diarrhœa & vomitus adſit, parabitur fotus partim ex prædictis, partim ex adſtringentibus, vt foliis plantag. polygoni, nuce cupreſſi, mali corio. Hepati vero magis conueniunt epithe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

epithemata, nisi ipsum sit induratum, aut valde obstructum. Tunc enim fotus conficiuntur ex emolliētibus, althea, malua, violaria, admixtis hepaticis corroborantibus, agrim. chamęd. absynth. eupatorio, frigidiore existente humore: calidiore vero cichorio, endiu. & similib. additis, quinetiam santalis. Hæc decoquuntur in aqua, addita tertia parte vini albi, quibus existente duritie hepatis, addi possunt rad. altheæ, liliorum albor. &c.

Ad dolores flatulentos hypochondriacos, ex decocto calefaciente hepatico parabitur, vt ex radicib. aperientibus, foliis acrimon. summitatib. maioran. origani, calamenth. roremarini, baccarũ & foliorum lauri, granor. iuniperi, decoctis in aq. & vini æquis partibus.

Sic in difficili respiratione ob hepatis vitium in hydropis initio:

℞. *Rad. ireos* ℥ j.
radic. cyclam. ℥. ß.
herbar. absynthii, maioranæ, betonicæ, spicæ celticæ, an. m. j.
flor. chamom. meliloti, sambuci, an. p. i.
sem. carui, ʒ. iij.
fœnicul. ʒ. ii.
gran. iuniperi p. i.
baccarum laur. p. ß.
conquassentur, & in vino & aqua decoquantur, hoc fotu hypochondria cum spongia foueantur.

Notandũ tamen supra iecur fotus fieri non debere, nisi aliquid, quod partis rationē habeat, admisceatur, cuiusmodi est absynth. rosæ, spic. nardi.

Lieni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Lieni obstructo & indurato ex emollientibus, vt decocto radic.lilior.altheæ, additis appropriatis, vt sunt radix capparis, summitates tamarisci, fraxini, lingua ceruina, ceterach, & similibus emollientibus, incidentibus, attenuantibus, quæ decoqui debent in aqua, cui acetum admisceri debet, vel in oxymelite decoctis, foueatur pars cum spongiis.

Ad renes calculo vel viscidiore materia laborantes, parabitur ex decocto sem. lini, fœnogr. quæ sacculo inclusa parti applicabuntur: siquidem hæc, maxime si addantur & herbæ emollientes, partes reddent laxiores, dolores mitigabunt, vel etiam decocto emollienti addi potest parietaria, hedera terrestris, betula. Hi sacculi calidi admouebuntur, vel decoctum vesicæ suillæ includatur, tempore nimirum frigidiore; vel etiam vasi stanneo semicirculum referenti, & renibus applicatur.

Ad dolorem articulorum in declinatione paratur ex discutientibus & roborantibus, ita tamen, vt ea, quæ neruos roborant, adiiciantur, cuiusmodi sunt, chamæpitys, maiorana, saluia, lauend. cyperus. Adduntur & anodyna, flores chamom. meliloti, & rosæ corroborationis gratia decoquuntur in aqua & vino.

Sic ad oedemata contumacia paratur fotus ex calefacientibus, siccantibus & roborantibus, additis radicibus cyperi, calami aromatici, galanga, foliis & floribus rorismar. foliis & baccis lauri, floribus chamom. & meliloti, decoq. in aqua. Decocto pars vna aceti vel vini additur; & tumor cum spongia foueatur. Effica-

Efficacius erit ad reſoluendos humores frigidos, ſi in lixiuio materiæ conuenientes decoquantur.

Ad vmbilicum infantulorum prominentem, & flatibus turgentem, ex adſtringentibus & roborantibus parantur, cuiusmodi ſunt, cortices quercus, nuces cupreſſi, balauſticæ, gallæ, radices conſolidæ maioris, biſtortæ, tormentillæ, folia burſæ paſtoris, plantag. vtriusq; ſemin. cydonior. myrti, flores roſarum rubearum, quæ decoquuntur in aqua chalybeata, vel aq. fabrorum, addito vino rubro adſtringente, quæ ſacculis duobus induntur, qui calidi & expreſſi, alternatim vmbilico adaptantur. Deinde loco ſiccato emplaſtrum cõtra rupturam imponatur, quod efficacius erit, ſi bolus armena & ſarcocolla, ſucco potẽtillæ excepta, admiſceantur. Nimium vero vmbilico flatibus diſtento, ſemina diſcutientia addere oportet. Quod ſi vero & lamina plumbi exigua imponatur, ſuo pondere vmbilicum deprimit. Huiusmodi fotus etiam in ceteris herniarum ſpeciebus, à flatu ſi cauſſentur, vſurpari poſſunt.

De Fomentis ſiccis & ſacculis.

CAP. LII.

FOmenta ſicca veteribus ſimpliciter fomenta, vt Celſo [a] fomenta calida dicebantur: Hodie vero ſacculi. Variant autem ratione partis, cui applicantur: vel enim capiti imponuntur forma cucuphæ vel pileoli, vel frontalis, vel ſacculi. Cordi vero forma ſcuti pyramidalis, ventriculo forma

[a] *lib. 2. c. 16. & lib. 4. c. 4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ſcuti. Sic hepati, lieni, vtero, ad earum partium formam. Horum materia ſunt, herbæ, flores, radices, ſemina, ligna aromatica, quæ conciſa, leuiter contuſa, vel ſerico vel linteo obducuntur, & acu transuerſim miſſa, ne materiæ, ex quibus conſtant, in vnam partem labantur, conſuuntur, nonnunquam bombacis aliquid additur.

Sacculus capitalis ad cerebrum corroborandum eiusque calorem ſuſcitandum:

℞. *Garyophyll. nucis moſch. cardamon. an.* ℥ j.
flor. roriſmarini, maioran. an. ℥ ii.
ſtyracis calamit. carabes, gummi iuniperi an. ℈ ii.
f. puluis, qui bombace excipiatur, panno ſerico contegatur, f. cucupha, quæ ſingulis diebus mane cum ſuffitu admoueatur.

Ad deſtillationem ſiſtendam, fiet ex maſtice, carabe, cypero cortice granator. ſaluia, roremarin. maiorana, roſis rubris, ſemin. nigell. Roman. Sacculus pro ſyncipite:

℞. *Maioran beton. an.* ℥. iii.
cortic. citri ſicci ℥ j. ß.
garyophyllorum, nucis moſch. an. ℥. j.
thuris ℥ ß.
contuſa punctim conſuantur in ſacculum trium digitorum longum & latum.

Frontalis formæ in febribus ardentibus ad cephalalgiam, ad æſtum & inſomnia mitiganda fit ex foliis herbarum refrigerantium, lactucæ, ſemperuiui, portulacæ, ſem. papau. ſeminib. frigidis maiorib. additis florib. violar. roſar. nenupharis,

quæ

quæ linteo raro excipiantur, & vapore aq. rosarum vel nenuphar. lateri calido infusæ irrorentur.

Cordi corroborando in eius palpitatione:

℞. *Flor. rosar. rub. borraginis, bugloss. violar. nymph. an. p. j.*
semin ocymi ℨ. i. ß.
santali citrini, ligni aloes, cortic. citri, coralli vtriusque an. ℨ i.
ambr. moschi. an. gr. i.
contusa in sacculo pyramidis forma transuersim consuantur.

Sic tempore pestifero fiunt etiam sacculi, tempore quidem frigido hoc modo:

℞. *Rad. zedoariæ, dictamni, tormentillæ, rosar. rubear. cortic. citri sicc. flor. betonicæ coronariæ, garyophyll. nucis mosch. an.* ℨ i. ß.
ambræ grysiæ ℈. ß.
vel eius loco specierum diamargarit. frigid. ℨ. i.
f. puluis, qui sacculo serico recondatur; & aspersus aq. rosar. vel vino albo; vel tantillo aceti applicetur.

Aestate vero fiat hoc modo:

℞. *Rad. cyperi. flor. rosar. rubear. violar. nymph. an.* ℨ i. ß.
flor arantior. ℨ i.
ambræ & moschi an. gr. iii. *vel* iiii. *f. sacculus vt dictum.*

Ad ventriculum roborandum, calorem eius languidum excitandum paratur scutum hoc pacto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

℞. *Absynthii, mētha, maiorā. exiccata, an.* ℥ ij.
rosar. rubear. ℥ i. ß.
calami aromatici, cyperi, galang. an. ℥ i.
garyophyllorum, nucis mosch. an. ℈ ii.
omnia contusa excipiantur bombace, & panno serico contegantur, & interpunctim conseruentur.

Ventriculo applicetur post assumptum cibum. Tempore vero cibi remoueatur. Possent his etiam addi styrax calamita, species diambræ, diamoschi, alipta moschata, ambra & moschus pro magnatibus.

Ad lateris dolores flatulentos parabitur sacculus ex furfure, auena, milio, sem. lini, floribus chamom. meliloti, quæ per se, aut simul mixta, & in sartagine torrefacta, asperso pauco vino, sacculo indantur, calida parti affectæ applicentur. Addi etiam possunt & herbæ, & semina calida, si opus sit.

Sic in dolore colico flatulento:

℞. *Cumini p.* iiij.
salis p. iij.
contusa aq. vitæ irrorentur, & calida parti applicentur. Vel:

De sacculis ex milio & sale vitæ Trallian. lib. 8. c. 7.

℞. *Milii torrefacti. p.* iiij.
salis. pug. iij.
folior. lauri. p. ii.
sacculo indantur, & in sartagine tantillo vino asperso calefiant.

Vsus fomentorum siccorum est ad destillationes capitis sistendas, partes corporis roborandas, dolores præsertim à flatibus & materia frigida ortos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ortos mitigandos. Applicantur vtplurimum ex calfacto lapide aut vino, aut aceto, alioue liquore conueniente asperso; quo calorem contrahat, sicque parti applicentur, vel supra laminam ferream vino extinctam calefiat. Aliquando eorum materia in sartagine torrefacta, sacculo inditur.

De Epithematis.

CAP. LIII.

VEteres omnia medicamenta in malagmatis formam composita, quæ extrinsecus mediis partibus applicabantur, ἐπιθέματα ab applicando vocarunt. Posteriores vero medicamenta humectantia, quæ ex aquis stillatitiis vel decoctis plantarum & pulueribus conficiuntur, sic nominant.

Dosis autem est, vt ad aquar. ℔. j. puluerum ʒ i. ß. vel ʒ ii. addantur, quibus aceti vel vini albi, penetrationis gratia, octaua vel decima pars additur. Exempli gratia, Epithema ad somnum conciliandum:

℞. *Aq. rosar.* ℥ iij.
aceti rosati ℥ j.
album. oui. agitati numero j.
applicetur fronti.

Ad cor refrigerandum in febre ardente, in ipsius accessionis vigore, & ad sudores symptomaticos sistendos:

℞. *Aq. stillatitiæ, rosar. violar. nenuph. buglos. borrag. an.* ℥ ii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

aceti ℨ.ß.
pulu.rosar.rubr.violar.santalor.an.℈.ii.

Vel loco prædictorum addi potest, trochiscor. carabe pulu. ℨ i. nonnulli & crystalli puluerizati ℨ j.ß. adiiciunt.

Quod si suspicio sit febris pestiferæ, prædictis aquis miscebuntur aq. scabios. meliss. cardui bened. vt:

℞. *Aq.rosar.scabios.meliß.violar.napphæ, cardui bened.an.*℥ ii.
vini albi ℥ i.
succi citri ℥ ß.
*trochiscor.de camphor. vel specier.diamargarit frigid.*ℨ i.ß.
f. epithema, regioni cordis applicandum, ter aut quater in die repetendum.

Ad palpitationem cordis:

℞. *Aquar.rosar.borrag.bugloß.meliß. acetosæ. an.*℥ iij.
vini generosi ℥ j.
specier. de gemmis, diambræ an.℈ i.
ligni aloes, croci, an.℈.ß.
moschi.gr.ij.
aceti tantillum, f. epithema.

Ad hepar vero intemperie calida laborans:

℞. *Aq.endiu.lactuc.acetosæ an.*℥ iij.
aq.absynth.℥ j.
*aceti fortiß.*ℨ.ß.
specier.triasantali ℨ ii.

Parari etiam poterit ex decocto radic. cichorii syluest.& folior.endiu.scariolæ, absynth. cuius ℔. ß. addentur aq. violar. cichorii an. ℥ ij. aceti ℥ i. pul-

ueris

neris tria santali ℥ i.ß.f. epithema, quod hypochō-drio dextro applicetur. Si tamen obstructio vehemens sit, fomentis humidis vti præstat.

Ad febres hecticas parantur ex decocto hordei, quatuor sem. frigidor. maior. folior. & flor. violarum, rosmar. in colatura ℔.ij. dissoluatur oleum, vel succus amygdalarum dulcium, vel oleum violaceum.

Ad testiculos refrigerandos:

℞. *Aq. rosar.* ℥ ij.
aq. solani ℥ i.ß.
vini albi ℥.ß.
trochiscor. de camphor. ℈ j.

hoc epithemate vtimur ad immodice fluentem sanguinem cohibendum.

Denique pulsibus corroborationis gratia ex aq. rosar. aceto rosac. & speciebus cordialibus epithema conficiatur: & si febris absit, pulueris garyophyllor. aliquid additur: Si suspicio febris malignæ, succus citri & arantiorum miscetur.

Vsus est, ad partium principum corroborationem, vt cordis, ei vt & carpis applicando in febri ardente, cor refrigerando, ad hepatis intemperiem calidam mitigandam: verum in omnibus epithematibus, ad quamcunque intentionem dirigantur, ea quæ virtutem partis, cui admouentur, conseruent, admiscenda sunt: Quemadmodum in medicamentis, quæ intro sumuntur, obseruare iubet Galenus. Quare cordialibus vinum & aliquid croci additur: Hepaticis vero & lienaribus, leniter adstringentia, vt est absynth.

ceterach: quinetiam acetum ad vim medicamenti deducendam.

Applicari autem debent poſt euacuationes, potiſſimum in febribus. Frequenier autem non ſolum mane & veſperi, ſed quando neceſſitas vrget. Adminiſtrantur autem cordialia quidem duplicato ſerico rubro in liquore tepido intincto; ſic & hepatica, vel ſerico, vel liteo duplicato. Toties autem remouere oportet, quoties exiccatum fuerit.

a *vide Oribaſ.9.coll. 23. Aetium tetrab.* 1.*ſer.* 3.c.172.

De Embrochis [a] *ſeu irrigationibus.*

CAP. LIV.

QVod Græcis ἔμβροχον & ἔμβρεγμα, id Latinis irrigatio & irroratio dicitur. Eſt autem *humoris ex alto in partem aliquam deſtillatio vel irrigatio*; quod ab epithematibus (quæ aliqui male irrigationes dici volunt) differt, quod epithemata parti applicentur: ſic etiam à fomentis humidis, humectationem Aetius *b* vocat, quod vel per pannum, vel ſpongiam in decocto madefactam, parti applicetur: Hæc vero parti ex alto guttatim affundantur.

b *tetrab.*1. *ſer.*3. c.174.

Materia huius remedii ſunt herbæ, flores, radic. ſemina, quæ in aqua, aut vino, aut lixiuio decoquuntur, ea tamen doſi, vt ad plantar. m.ij. puluer. ℥. ß. liquoris ℔. j. affundatur, & ad mediæ partis abſumptionem decoquantur. Quod remedii genus, etſi minus virium habeat, quam cataplaſma, tamen vbi commode id applicari non poteſt, vt in capite, commode embrochis vtimur.

Deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Deinde & in illis, qui propter imbecillitatem cataplaſmatum grauitatem ferre non poſſunt. Sic etiam in præcordiis inflammatis, in principiis morborum, quando cataplaſmate necdum vti licet. Denique partibus fractis & contuſis; quando emplaſtris vti non poſſumus. Vſurpantur autem in affectibus frigidis capitis calidi, quo ſenſim illabentes guttæ infarctos humores reſoluant, diſcutiant & conſumant. Verum ſæpius non ſolum pars affecta liquore aliquo perfunditur; ſed etiam poſt irrigationem lana aut linteum eodem liquore imbutum imponitur. Exemplum.

Ad caput calefaciendum parabuntur ex calefacientibus herbis, ſaluia, maiorana, origano, hyſſopo, calamintha, pulegio, floribus betonicæ, ſtoechados, roriſmarini, radicibus cyperi, acori, ireos, ſeminibus coriandri, granor. tinctor. aniſi, vt in lethargo:

℞. *Herbar. calaminth. origani, hyſſopi, ſummitatum betonicæ an. m. ß.*
ſemin. coriandri præparat. aniſi an. ℨ ii.
flor. roſmar. ſtoechad. an. p. j.
decoqu. in aq. ſuff. ad ℔. j. *irrigetur caput.*

Quod ſi capitis morbus frigidus cõtumacior fuerit, aq. vitæ ℥. ß. addi poterit.

Sic ad refrigerandum caput ex herb. lact. viol. portulac. ſolani, ſemperuiuo. floribus violar. nenuph. ſeminib. lactuc. papau. albi, Exemplum.

Ad ſomnum conciliandum:

℞. *Herbarum ſolani, ſemperuiui, lactuc. portulac. an. m. j.*
flor. nenuph. violar. roſat. an. p. j.

ſem. papauer. albi, lactucæ, an. ℥ ii.
corticum mandragor. ℥ i.
decoq. in ℔. ii. aq.
ad mediæ partis abſumptionem.

Huc referri oportet ſtillicidia aquar. thermalium, quæ in affectibus capitis frigidis, ventriculi & articulorum vſurpantur.

De Inſeſſionibus [a] ſeu ſemicupiis.

[a] *Vide Aetium tetr. 1. ſer. 3. c. 173.*

CAP. LV.

QVod Latini inſeſſionem ſeu ſemicupium appellant, id Græcis ἐγκάθισμα, eſt ſeſſio in aqua medicata, ab imis pedibus, vel feminibus vſque ad vmbilicum, ita vt ſupernæ partes non madeſcant; In hoc tantum à balneo differens. Variat autem pro ratione affectuum, quo vtimur in affectibus renum potiſſimum nephritide, vteri, mouendis menſibus. Rarius in colicis & iliacis. Quin & ad dolores tibiarum, nonnunquam ad præparationem humorum contumaciorum.

In nephriticis [b] fiunt ex emollientibus & diureticis, vt althea, malua, violaria, parietaria, hedera terreſtri, foliis raphani, anagallidis aq. betonicæ, pimpinellæ, ſem. lini, fœnogræci, ex his decoctis in aqua fit inſeſſio ad dolorem mitigandum.

[b] *Vide Aetium tetr. 3. ſerm. 3. c. 5.*

Ad ciendos menſes conficitur ex emollientibus, attenuantibus & incidentibus decoctis, & ſemicupio inditis. Sic etiam ad nimium menſtruorum fluxum ex adſtringentibus, radic. biſtortæ, conſolid. maior. nuce cupreſſi, galla imma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ura, sumach, plantag. polygono, foliis & baccis myrti & similibus decoctis in aq. fabrorum & vino acerbo, quo tamen remedio caute vtendum.

Ad colicum affectum à flatu & humore pituitoso caussatum excalefacientibus, exiccantibus, incidentibus, admixtis anodynis, vt ex origano, calaminth. hyssopo, nepeta, satureia & similibus seminibus calidis, item lini, fœnugræci, alth. baccis lauri, baccis iuniperi, floribus chamomel. meliloti, decoctis in aq. quibus portio vini albi addi potest.

Ad dolores tibiarum, vbi nimius dolor à tēsione flatulenta, vel humoribus caussatur, præmissis tamen vniuersalibus parabitur ex herbis maluæ, alth. & violar. thapso barbato, floribus chamom. meliloti, sem. lini, fœnogr. in quod decoctum tepidum, æger tibias immitat.

Similis fere lotio ad menses promouendos cōficitur ex herbis matricalibus, cuiusmodi sunt arthemisia, matricaria, calamintha, nepeta, melissa, additis floribus chamom. meliloti, quibus decoctis nonnunquam & cineres adduntur. Qua diebus aliquot ante tempus menstruorum vtendum est.

Sic & lotio pedum, imo & brachiorum in febribus ad conciliandum somnum, parabitur ex decocto folior. violar. lactucæ, portulacæ, cucurbitæ, sem. papau. albi, lactucæ, sem. frigidor. tam maiorum, quam minorum.

Ad humores contumaces præparandos ex plantis emollientibus, attenuantibus & incidentibus sunt, qui insessus parant.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

De Balneis.

CAP. LVI.

BAlneorum, βαλανεῖα dictorum, apud antiquos (quemadmodum adhuc apud Germanos) frequentiſſimus vſus fuit, velut totius corporis remedium, non ſolum ad affectus externos, verum & internos, quod ſudandi, lauandi, detergendique corporis vſibus eſt deputatum, cuius multæ ſunt differentiæ: Aliud enim eſt naturale *a*, aliud artificiale. Naturale aliud calidum, aliud frigidum, quæ rurſus ratione mineræ variant: Si namque calidæ ſint, ſulphur habent terræ, pinguedinem, quæ accenſa à calore ſubterraneo, calidas reddunt aquas, & hæ Thermæ dicuntur. Si vero ſulphur minori ſit quantitate, tepidæ redduntur, vel etiam frigidæ permanent, niſi & bitumen admiſceatur. Quare balneorum minera vel ſulphur eſt ſolum, vt in Helueticis, vel ſulphur cum alumine, vt in Marchiacis, vel etiam plumbum, quod de Plumbariis creditur, vel ferrum, vel aurum, quod de Fabariis dicitur, vel aliud aliquod metallum.

a *Vide Oribaſ. 10. coll. 3. Aet. tetr. 1. ſer. 3. c. 67. Aegin. lib. 1. cap. 52.*

Quodcunque autem ſulphureum eſt, aut bituminoſum, affectibus cutis vtile eſt. Quod ſi vero & alumen ſit admixtum, abſterſionis cauſſa etiam in cutaneis affectibus vſurpari poteſt.

Ad balnea naturalia referri debet lotio in fluminibus *b*, quæ intemperies calidas corrigere, inanitiones corporis immodicas coercere poſſunt: cum refrigerando, cutim condenſare, poris obſtructis ſudores cohibere, ſicque tenuioris ſubſtantiæ diſſipationem impedire poteſt.

b *De frigidi lauacri vſu ex Gal. habet Oribaſius 10. coll. 6. Aet. tetr. 1. ſer. 3. c. 168. Aegin. lib. 1. c. 15.*

Arti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Artificalia c vero ad imitationem naturalium parari poſſunt, licet naturalia in quibusdam affectibus magis conueniant, vt arthritide, paralyſi, menſtruis ciendis. Horum tamen penuria etiam artificalia parari poſſunt, quæ etiam variant, partim ratione affectus, partim etiam ratione aquæ, & eorum, quæ iis incoquuntur, prout morbus exigere videtur, quæ vel calida ſunt, vel frigida, vel emolliunt, aperiunt, abſtergunt, adſtringunt, dolorem mitigant. Siquidem quandoque fiant ex ſola aqua, & illud balneum aquæ dulcis appellatur, ad differentiam eorum, quæ ex aq. marina, vel ſalſa, nitroſa, vel aluminoſa, aliaue ſunt natura vel arte.

c *Oribaſ. 10. coll. 2.*

Balneum d vero aq. dulcis, quod cum ſimpliciter dicitur, intelligendum eſt ex aq. tenuis ſubſtãtiæ, quæ cito penetret, cõfici debet, qualis eſt aqua pluuialis vel fluuii, modo cretam, vel alumen, aliudve ſecum non ducat, cui ſuccedit aq. fontana peroptima, poſtremum locum habet aqua ex puteo, poſt hanc aq. paluſtris. Eiusmodi balnei vſus in hecticis potiſſimum commendatur, præſertim ſi in ipſum vel frigidiuſculum, vel tepidum deſcendat æger, vt hac ratione corpus, quod à calore ſenſim abſumitur, refrigeretur, pori ipſius cutis conſtringantur. Ad ſudores prohibendos leuiter adſtringentia iniici poſſunt, vt ſunt, roſa, myrtus, lentiſcus, &c. Vel ægro e balneo egreſſo, inunctio fiat ad thoracem & dorſi ſpinam, cum oleo roſato, violato, ad ſudorem impediendum.

d *Vide Orib. 10. coll 1. de vſu dulcium balneor. ex Galen. & Aet. tetr. 1. ſer. 3 c. 166. Trallian. lib. 1. c. 15.*

Ad dolorem colicum balneum etiam præſcribitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

bitur; quia communiter ægri insessiones molestè ferunt. Paratur ex radicibus alth. malua violar. foliis lauri; floribus chamom. meliloti, seminibus carminatiuis, decoctis in aq. partibus duabus, & vini albi parte vna, & diuitibus admisceri potest aliquid vini maluatici.

In dolore nephritico rad. lilior. albor. alth. herbæ parietar. violar. malua, sysymbrium aquaticũ, senecio, flores chamom. meliloti, semina fœnugr. lini, decoquuntur in aqua. Aliquando tamen & olea adduntur, vt lilior. albor. butyrum recens, & dum in balneo sedent, potiones lithontribæ exhibentur. Dum autem æger in balneo sedet, in eo ne sudet, necessum est esse tepidum & apertum.

Ad mouendos menses, etsi insessus commodiores & efficaciores sint, fieri tamen possunt ex eadem materia; sed multo copiosiore, quæ pro ratione humoris obstruentis deligenda; Vt si pituitosus sit, ex calefacientibus, siccantibus, incidentibus, attenuantibus, detergentibus.

Si melancholicus, ex emollientibus admixtis etiam hystericis, cuiusmodi sunt, calamintha, arthemisia, nepeta, origanum, maiorana. Si vero fiat suppressio ob vteri frigiditatem, & venarum angustiam, eadem materia, quæ ad pituitam, deligi debet. Et talis balnei diebus aliquot ante tempus menstruorum vsus esse debet.

Ad conceptionem iuuandam. Si à frigida vteri intemperie eueniat, sumenda erunt, quæ in pituitoso affectu commendantur: Si ab intem-

tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

temperie calida & ſicca, balneum tepidum cum humectantibus & refrigerantibus adiectis, quæ tota ſpecie conceptionem iuuent, vt mercuriali vtraque lingua auis. Si à laxitate oris vteri & eius lubricitate ſemen non retinentis, eueniat, non ſolum ea, quæ vterum corroborant, ſed etiam adſtringunt, ſumenda, cuiusmodi ſunt radix biſtortæ, cyperi, galangæ, additis roſis, balauſtiis, malicorio, nuce cupreſſi, & ſimilibus odoratis, quæ in aq. decoquenda, & vini rubri adſtringentis portio addi debet. Vſurpanda autem ſunt poſt vniuerſalem totius corporis præparationem, menſium purgationem, diebusque aliquot, antequam mulier viro miſceatur.

De vſu balneor. vide Actuarium 3. method. med. 10 de ſpirit. anim. nutrit. Oribaſius 1. euporiſt. 16.

Ad affectus cutaneos, vt pruritum, ſcabiem, lepram maxime commendantur. Vbi enim cruſtæ aut furfures adſunt, fiunt ex emollientibus, vt radic. liliori albor. alth. admixto furfure, hordeo, & herbis detergentibus, vt ſcabioſa, agrimonia, verbena, florib. cham. meliloti in aq. decoctis: dein cute præparata & emollita fiunt ex detergentibus, & ſiccantibus, vt rad. enulæ, oxylapathi, ireos noſtrat. bryoniæ, aronis, ſerpentariæ gentian. lupinis, foliis mercurialis, parietarię, agrimoniæ, verbenæ, ſaponariæ, fumariæ, lupuli, centaurii, admixtis ſeminibus frigidis, ad cõtemperationem, floribus chamom. meliloti, anethi, pampinis vitium decoctis in aqua. Verũ & æger abſtergendus eſt in ipſo balneo cũ ſacculo, furfure pleno. Quod ſi affectus fuerit inueteratus & contumax, ęgrũ illinere oportet, è balneo egreſſo linimento confecto

ex

ex axungiæ ſuillæ partibus duodecim, argenti viui in ſaliua hominis jeiuni, vel ſucco limonum, extincti, parte vna vel duabus. Tum balneum detergens & adſtringens ex plantagine, thapſo, polygono, piloſella, roſis, ſale, alumine conficiatur, quo vtimur, materia iam per priora balnea euacuata.

Notare tamen conuenit, licet balnea multis proſint, multis etiam obeſſe: Cacochymicis namque & plethoricis, niſi vniuerſim proſpectum ſit, nocent: Sic etiam iis, quibus viſceris imbecillitas, obſtructio, hypochondriorum tumor, cum à balneis fluxiones in partes debiliores, ſæpe etiam febres concitentur.

Tempus autem ad eundem vſum commodum, matutinum eſt, & veſpertinum, horis aliquot à leuiore prandio. Cauendum autem, ne in balneo, dum ſedet æger, horrore aut animi deliquio corripiatur. Quamdiu autem inſidere par ſit, ex ægri viribus, conſuetudine, anni tempore, cœli ſtatu deſumendum. Inſuper aeris conſtitutione contagioſa à balneis tam humidis, quam ſiccis, cum hiſce pori cutis reſerentur, & corpus ad contagium concipiendum aptius reddatur, abſtinere oportet. Sic etiam ea die, qua ſanguis miſſus eſt, vel corpus purgatum, balneum vitandum.

De Lotionibus ſiue balneis particularibus.

Cap. LVII.

Lotiones, quæ balnei vicem ſæpe ſubeunt, eiusque nomine balnea particularia dici merentur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

entur, ad diuerſas partes accommodantur, non ſolum abſterſionis gratia, ſed etiam ad voluptatem & ad ſanitatem. Ablutionis enim cauſſa fiunt lotiones capitis, ex lixiuio, ad auferendas ſordes: corroborationis cauſſa addito agarico: abſterſionis gratia, in vlcere capitis, ex lixiuio parato ex abrotano, abſynthio, betonica. Sic ad pediculos enecandos adduntur lixiuio amara, vt abſynth. lupini, vel nitrum. Ad furfures detergendos, ſucci vel decocta herbarum amarar. vt abſynthii, abrotani, betæ, parietariæ, ſaponariæ; ita tamen, vt ſemper capitalia admiſceantur, cuiusmodi eſt betonica. Fiunt autem lixiuia communiter ex cineribus ſermentorum; quod fortius erit, ſi frequentius per cineres coletur.

Ad fœtorem axillarum abluuntur lixiuio confecto ex adſtringentibus, vt eſt lentiſcus, myrtus, oleaſter; additis odoratis, leuiter adſtringentibus, cuiusmodi ſunt, roſæ. Abluuntur quinetiam manus & pedes, non ſolum ad munditiem, ſed etiam ad ſanitatem; in quam rem vſurpare licet herbarum decocta. Quod ſi detergere ſolum velimus, lixiuium parabitur ex detergentibus, corroborantibus & ſiccantibus.

Sic ad tremorem manuum arcendum, & pedum, lauare oportet vino, in quo decocta ſit ſaluia, lauendula, roſmarinus; commendatur etiam ad tremorem, ſiue fiat ab argento viuo, ſiue plumbo, lotio ex aqua & vrina,

Sic ad ſomnum conciliandum, vtpote in febribus fiunt lotiones pedum, tempore, quo ęger dormitum ibit, ex decocto fol. maluæ, lactucæ, vio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

lat. salicis & simil. singulor. sumendo m. i. additis floribus nenuph. & violar. sing. p. i. Abluti pedes detergendi non sunt, nonnunquam panno linteo inuoluendi.

Denique in doloribus capitis, destillationibus, tussi quetiam ex humore à capite delabente fieri solent lotiones pedum tempore somni ex herbis capitalibus.

De Suffitibus.

CAP. LVIII.

De suffituũ vsu & confectione vide Aegin. lib. 7. c. 22. Oribas. 10. coll. 19. Aetiũ tetr. 1. ser. 3. c. 144. compositiones variæ apud Oribas. 3 sympos. Myreps. sect. 21 Aetium tet. 4 ser. 4. c. 122.

SVffitus vel ad voluptatem, vel ad sanitatem cōficiuntur. Ad voluptatem ex suauiter olētibus, vt styrace, ladano, benzoino, ambra, moscho. Ad sanitatem vero quædam ex odoratis, quædam ex fœtidis: quædam ex odoratis & fœtidis simul mixtis. Odorata variant ratione formæ. Quædam enim fiunt forma rotunda, eaque maiore, quæ poma odorata, poma ambræ dicuntur. Vel minore forma, cuiusmodi mulieres vel collo suspendunt, vel manibus conuoluunt.

Fiunt autem ex ambra, moscho, zibetho, quibus adduntur carbones salicis, partim ad molem augendam, partim ad nigredinem conciliandam. Vel fiunt in forma trochiscorum, cuiusmodi sunt trochisci pro fumo vulgati, trochisci de alypta moschata. Vel ad formam oblongam, quæ auiculæ cypriæ vulgo vocantur. Hæc excipiuntur mucilag. gummi tragac. vel arabici in aqua rosar. mu-

macerati. His relictis ad suffitus, qui valetudinis gratia fiunt, quorum alii ad spiritus dissipatos reficiendos fiunt, ad eosdem à contagio vindicandos, cerebrum roborandum, calefaciendum, siccandumve, eiusdemque fluxiones sistendos, ad tussim compescendam, crassumve in pulmonibus humorem præparandum, ad eos corroborãdum, ad intestinorum vlcera, & dolores, menses sistendos, vel mouendos, vteri præfocationem, conceptus adiuuationem, deniq; ad sudores mouendos in lue venerea cõficiuntur. Materia suffituum nõ solum desumitur à plantis, verum etiam lacrymis, resinis, gummatibus, liquoribus quibusdam metallicis & aliis odoratis, prout parti affectæ accommodatæ sunt. Ex quibus fiunt suffumigia duplici forma, pulueris scilicet aut trochiscorum, magis tamen trochisci conueniunt, eò quod pulueres citius absumantur, & iis nõ ita cõmode omnia misceantur. Iniicitur autẽ puluis crassiuscule contusus siue trochiscus, carbonibus ardentibus, quo sensim igne incalescant, halitum de se edat, qui aliquando linteis, vel partis affectæ tegumentis excipitur, deinde parti admouetur.

Aet. tetr. 1. ser. 3. c. 114.

Ad caput calefaciendum, siccandum & roborandum, paratur ex maiorana, betonica, origano, calamintha, radicibus cypeti, ireos, granis paradysi, ligno aloes, styraci calamita, aromatibus, vt nuce moschata, garyophyll. Sic floribus lauend. rorismar. stoechados, sem. nigell. Roman. sumendo partes æquas, vel pretiosiorum

partem minorem, & craſſiuſcule ſimul contundas, cuius pulueris portio prunis inſpergitur, vapor vel fumus cucupha vel pileolo excipitur, & ieiuno ventriculo capiti admouetur. Poſſunt tamen eadem etiam mucilagin. gummi tragacanth. excipi, & in modum trochiſcorum lupini forma efformari.

Ad deſtillationem à materia frigida cauſſatam ſiſtendam, calefacientibus & exiccantibus addũtur leuiter adſtringentia, cuiusmodi ſunt roſæ rubræ, maſtyche, gummi iuniperi, gummi hederæ, thus, carabe. Calefacientia vero & exiccantia erunt ſtyrax, macis, garyophyl. nux moſchat. ſemin. nigell. Roman. vt:

℞. *Flor. roſar. rub. ſemin. coriandri, gummi hederæ torrefact. an* ℥ j.
nigellæ in aceto torrefact. ℥ i.ß.
thuris & corticis eiusdem, maſtycis an. ʒ. iii.
gummi iuniperi ℥ ii.
f. puluis, quo vtimur

nõ ſolum mane ventriculo ieiuno, ſed etiam hora ſomni, cum deſtillationes noctu magis moueãtur.

Ad pulmones craſſa pituita repletos, fiunt ex puluere tuſſilag. prunis inſperſo, mane ventriculo ieiuno, ore fumus excipitur. Materia vero craſſiore exiſtente, addi poteſt marrubium album, radix iridis florentinæ.

Ad vlcera pulmonum fiunt ex exiccantibus & adſtringentibus. Licet aliqui etiam commendent ea, quæ fuligines faciunt, eo quod fuligines vlcera conſolidant, cuiusmodi ſunt pix, reſina, terebinthina, maſtyche, gummi iuniperi. Sic quoque ad ſpu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ſputum ſanguinis parãtur ex iis, quæ deſtillationẽ ſiſtunt, adſtringunt, exiccant, vt roſis, nuce cupreſſi, malicorio, maſtice, carabe.

Ad dolores inteſtinorum & podicem relaxatũ, parantur ex thure, maſtice, corticibus granator. roſis, cypero, excipitur fumus bombace, & parti dolenti calidus applicatur. In cuius defectu linteis duplicatis vtendum.

Ad menſes mouendos fiunt ex odoratis & aperientibus, vt radic. cyperi, ireos, cardamomi, nuce moſchat. garyoph. ligno aloes, ſtyrace calamita, ladano, vel etiam herbar. arthemiſiæ, rutæ &c.

℞. *Myrrhæ, ſtyracis, bdellii an. ℥. ß.*
rad. ireos, aſari, ſem. cymini, an. ʒ iii.
pulegii ſicci, opopanac. an. ʒ ii.
excipe butyro & terebinthina.

Vſus erit poſt ſemicupium vel balneum, vel etiam citra hæc, tempore eo, quo erumpere ſolent menſes, & fiunt per embotum ſeu infundibulum, cuius collum à quibusdam inteſtino gallinaceo (quo citra moleſtiam pudendum ſubire poſſit) obuoluitur & excipitur. In eundem vſum trochiſci de myrrha puluerizati, nonnullis odoratis additis, commendantur. Contra vero ad ſiſtendum nimium fluxum, ex his, quæ ſanguinem ſiſtunt, fieri debent.

Ad vteri aſcenſum naribus odoramenta fœtida, vt eſt, ruta, aſſa fœtida, galbanum, caſtorium, oleum de gagate, plumæ accenſæ, potiſſimum perdicum, panni veteres vel etiam corium: Sed eodem tempore odorata ſupponenda, vel lada-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

num cum tantillo moſchi, vel zibethi, vel ambrę, in nodulum coniecta mulieribus indendum. Contra ad vteri præcipitationem mulieribus fœtida, naribus bene olentia, vt eſt ambra, moſchus, ſtyrax calamita, ladanum & ſimilia ſubiicienda.

Ad dolores articulorum fiunt ſuffitus ex corroborantibus & exiccantibus, cuiusmodi ſunt, ſaluia, roſmar. lauendula, ſtoechas, flores chamom. meliloti, ſumendo prædictorum ſing. ℥ i. ſtyracis calamit. benzoini, myrrhæ, roſar. rubear. an. ℥ i. ß. puluis craſſiuſculus prunis inſpergatur. Fumus vero vel linteis mollibus, vel lana vel bombace excipiatur, parti dolenti admoueatur. Paſſunt tamen iidem pulueres terebinthina vel ladano excipi, & fiunt trochiſci, qui tempore requirente, in puluerem craſſiuſculum comminuuntur.

Ad luem veneream ſudoris promouendi gratia fiunt potiſſ. ex cinnabari, cum hydrargyri ſit particeps, ſudores mouet, ſaliuationem excitat. Admiſcenda tamen ſunt odorata ad fœtorem corrigendum, vt benzoinum, ſtyracem, quæ reſina, terebinth. excipiuntur, in formam trochiſcorum rediguntur. Exemplum

℞. *Cinnabaris* ℥ ii.
benzoini, ſtyracis calamitæ, an. ℥ i. ß.
myrrhæ, cortic. pini, an. ℥. ß.
cum terebinthina fiunt trochiſci.

Hoc ſuffitu totum corpus ſuffumigetur, aliquando vero tantum pars, aliquando poſt totius

is curationem reliquiæ in parte aliqua externa, vt brachio, pede, membro virili, remansere. Quibus pars illa suffumigatur per infundibulum fumum recipiendo. Aduertendum tamen, suffumigationem loco calido fieri debere, deinde etiam vsus tempore, dum ægro administratur, caput foris detineatur, ob metum suffocationis (quod multis ob incuriam accidit) vel etiam raucedinis. Addere lubet vnicum exemplum suffitus odorati.

℞. *Rad. ireos florent.* ℔. i.
rosar. ℔. ß.
santali citrini ℥ iiij.
ligni aloes, benzoini an. ℥ ij.
styracis ℥ i.
Garyophyll. ℥. ß.
puluerisentur omnia, Dein adde moschi, ambræ vel zibethi ad placitum,

Hic puluis vulgo puluis violarum, à radice ireos, quæ à quibusdam radix violarum vocitatur.

De Pilis odoratis.

CAP. LIX.

Pilæ odoratæ, quæ vulgo poma ambræ, eo quod communiter ambram recipiant, dicuntur. Materiam habent eandem, quam & suffumigia odorata, vt pote styracem, ladanum, ambram, moschum, & similia. Exemplum pilæ odoratæ tempore pestifero:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

℞ *Ladani* ℥ i.ß.
styracis calamitæ. ℥. ß.
benzoini ℥ j.
garyophyllor. ℥ j.ß.
rosar. rubear. ℥ j.
ligni aloes, santali albi an. ℥ ß.
maioran. lauend. semin. nigell. an. ℈ i.
camphor. gr. iij.
styrac. liquid. ℥ ii. *fiat pomum.*

Ditioribus addi possunt ambræ, moschi, grana aliquot, quæ cum gummi tragacanthæ in aq. rosar. dissolut. excipiuntur. Hæc pila tempore pestifero & hyberno vsurpari potest. Cœlo vero calidiore ex minus calidis confici potest. Globuli quinetiam ex iisdem addito moscho & ambra, effinguntur, ad monilia mulierum, vel de collo gestandi, vel carpis applicandi, nõ tantum voluptatis caussa, sed etiam ad aeris correctionem. Ex eadem materia aues cypriæ ad aerem corrigendum conficiuntur, vt:

℞. *Carbonum salic.* ℥ iij.
benzoini, styrac. calamit. an. ℥ i.ß.
nucis moschat. garyoph. an. ℥ iii.
f. pasta, quæ incorporetur cum gummi tragacanth. in aq. rosar. macerato.

Ab aliis sic parantur:

℞. *Carbonum salicis* ℔.i.
Ladani ℥ ii.
styracis, benzoini an. ℥ ß.
pistetur in mortario, cum aqua rosar. malaxetur simul, & fiant formulæ ad placitum.

Teda ex iisdem conficitur cera addita.

De Dropacibus siue picationibus.

CAP. LX.

QVod Græcis, Δρώπαξ, & Latinis Picatio, à pice dicitur, remedium est, quod vel toti corpori, vel certis interdum partibus adhibetur, & morbis diuturnis maxime conuenit. Duplex autem est, simplex vel compositus. Simplex, qui etiam communis, & πίττωσις a hoc est, picatio appellatur, ex pice sola liquata cum modico oleo, vt olei parte vna, picis partibus quatuor vel quinq; conficitur. Eiusmodi applicatur partibus tabescentibus ad calefaciendum, sanguinis copiam alliciendã, sicq; carnem amissam recuperandam, vt Aegineta b ex Galeno, qui optimum medicamẽtum ad recuperandam carnem esse perhibuit, præsertim, si diutius parti adhæreat, nec sæpius vno die mutetur. Vtimur etiam in crebro vomentibus, affectuque coeliaco, quæ forma nil aliud est, quam picatio. Alius est compositus, quo ad euocandam materiã è profundo ad superficiem, & ad partium calorem natiuum languidum excitandum vtimur, & præter picem & oleum c piper, pyrethrum, lepidium & simili a recipit, dimidia nimirum ad oleum portione. Quod si vero magis exiccare, quam calefacere velimus, quod in membris paralysi affectis, & humidioribus corporibus obseruandum, ad picem & oleum sulphur viuum, sal & cineres sarmentorum addemus. Quod si vellicare velimus, etiam euphrobium miscebimus, quæ trita liquefactis adiiciũtur, vt maiorem calorem excitent.

a Aet. tetr. 2. ser. 3. c. 180.

b lib. 1. c. 58.

c Materiam posuit Oribas. 1. synops. 30. Aet. tetr. 1. ser. 3. c. 180.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

d Aeginet. l.7.c.19. Forma interdum est liquidiore *d*, instar cataplasmatis, interdum ficciore instar emplastri, prout vsus exigit. Si namque ægri vires imbecilliores fuerint, in forma cataplasmatis fieri debet, & paulatim auelli, pili quinetiam abradendi, quod in imbecillioribus Oribasius *e* fieri iubet. Deinde dropax calidus applicetur, subinde priusquam refrigescat, auferatur, statim ad ignem calefactus reponatur, & hoc sæpe reiteretur, vsque dum pars affecta rubescat, & leuiter extumescat. Quod si humor, qui prius extiterat, subsideat, & pars rubefacta exalbescat, caloris dissipati signum erit.

e 10. collect. 12.

In robustioribus vero etiam efficaciore dropace indigentibus, emplastri modo præparabimus, & pilis non abrasis, nisi forte capiti, aut mento, aut pubi applicandus sit, & confestim auellendus. Satis autem erit quatuor aut quinque diebus admouere. Hieme quidem vno die bis, mane & vesperi. Aestate vero tertio quoque die, & tantum semel applicatur, prout humor parti magis aut minus impactus fuerit. Quod si parti pertinacius adhæreat, aqua tepida, priusquam auferatur, foueri debet, eoq; remoto, pars decocto detergente fouenda, vt furfure, adiectis *f* lenientibus, vt violarum, malua. Aliquando vero dropax sinapismũ præcedit, vt materiam præparet. Aliquando post sinapismum admouetur, vt humoris reliquias discutiat. Exemplum:

f ex Aetio & Aeginet. l. c.

℞. *Picis, ceræ, colophon. an.* ℥ iij.
nitri. ℥ i. ß.
bitum. ℥ i.
sulph. viui ℥ iij.

pipe-

piperis, euphorbii, adarces, an. ℥ ii.
canthari. ʒ. ß.
olei cyprini. ℥. i. *f. dropax.*

Verum medicamenta depilatoria, ψίλωθρα propie dicta, etiam dropaces appellantur; forte, uod sola pice constarent in oleo liquata, quemlmodum & dropaces, quæ medicamenta πιττωτὰ alenus *g* appellauit, & eorum materiam abunde cplicauit *h*, quamuis Oribasius *i* psilothrum à ropace differre velit, quod eius actio minor sit, uam dropacis.

g *com. 3. in medicat. aph. 32.*
h *1. comp. med. s. loc.*
i *Ex Menemacho. 10. collect. 13.*

De Sinapismis.

CAP. LXI.

Inapismus, à sinapi nomen habens, nil aliud est, quam *cataplasma ex sinapi confectum*, vt Archiges definiuit. Duplex autem est, leuis & fortior. euis est, quem Græci φοινιγμὸν, rubificans medimentum dixerunt, siquidem per medicamenm rubor in aliqua parte excitatur. Fortius, uod proprie vesicatorium dicitur. Quæ inter differunt, quod sinapismi cuti admoti, caloem & ruborem accendant; Vesicatoria ob diurniorem moram, vesiculas excitent & exulceent. Sinapismus autem simplicissimus est, qui olo sinapi contuso & leuigato constat. Alter ve est, qui ex sinapi & ficubus à veteribus *a* paratur, etsi tres differentiæ proponantur, à viriius & mixtionis modo sumptæ, imbecillior, ui fit ex sinapi parte j. & ficuum ij. partius; quo in pueris, mulieribus & exquisitiore

a *Aegin. lib. 8. cap. 19.*

sensu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ſenſu præditis, vtimur. Blandior tamen erit, ſi æqua portio axungiæ aut adipis, vt gallinæ, anatis, & micæ panis loco ficuum ipſi ſinapi adieceris. Fortior erit, ſi ex ſinapi partibus duabus, & vna ficuum ſiccorum componatur. Si vero æqualis portio fermenti cum ficubus acceſſerit, vehementior adhuc erit; vel ſi ſemen naſturtii aut thlaſpi contuſum admiſceatur, quo in robuſtioribus, & hebetiore ſenſu preditis vtimur.

Tertia media eſt, quæ ex æquis partibus ficuum & ſinapi conficitur.

b Ægin.l.7. c.19. Oribaſ.10. coll.13. Myrepſ ſect. 40.c.13.

Parandi *b* modus talis eſt; Ficus ſiccæ ſiue caricæ in aqua tepida per diem macerantur, deinde expreſſæ contunduntur, mox ſinapi per ſe contuſum ſubtiliſſ. leuigatum, inter leuigandum aqua, in qua ficus maduerint, ſenſim affunditur, & ambo permiſcentur in modum cataplaſmatum, quod parti calidæ & frictione præparatæ, admouetur. Quod ſi vero ipſius ſinapi acrimoniam domare velimus, in aceto macerabimus. Si vero & alia adiicere libeat, ſimiliter, quemadmodum ficus, maceranda erunt, & contundenda.

c Caſſius Medic. in problemate 62. quærit, cur ſinapi aqua ſubactū magis rubefaciat, quam aceto ſubactum.

In dolore Iſchiadico plerunque vtuntur ſtercore caprino, cum aceto; vehementior erit, ſi rad. thapſiæ tritæ pars j. axungiæ ſuillæ partes iij. commiſceantur. Exemplum:

℞. *Rad. bryoniæ crudæ contuſæ vel cyclamini* ℥j.
axungiæ ℥ ij.
miſceantur, parti applicentur:

Hoc

hoc potentissime attrahit, & quod attractum est, dissipat. vel tale:

℞. *Olei costini ℥ j.*
olei de castorio, de euphorbio, an. ℥ j. ß.
sinapis ℥ ij.
sagapeni ℥ j. ß.
castorii ℥ j.
euphorbii ℈ j.
aceti ℥ j. ß.
ceræ q. s. ad emplastri consistentiam.

Tempus autem, quo parti adhærere debet, certo definiri non potest, propter diuersam partium temperiem. Relinquendum tamen, vsque dum pars rubescat; ita tamen, vt sæpius pars inspiciatur, præsertim in paralyticis, qui sensum amisere, ne ob diuturniorem moram pars exulceretur aut induratur. Quo vero facilius sinapismus operetur, partem fouere oportet spongiis, aqua calida madentibus, cataplasmate adhuc incumbente. Mox vbi cutis rubebit, auferre oportet, rosaceo pars illinenda, vel lana rosaceo imbuta, vel malua cocta & trita cum pane imponenda, donec nil mali ex sinapismo supersit.

Vsus sinapismorum est, humores à centro ad superficiem prolicere, qui aliis vinci non potuerunt, vt in acutis morbis, nimirum lethargo, catoche; in initio quidem cruribus applicandum: vbi vero materia radices egerit, capiti. Sed & ad fluxiones inueteratas, hemicraniam, partes supra modum refrigeratas. Laudantur in paralyticis, ischiadicis, podagricis, contumaci splenis affe-
ctu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

ctu; sic etiam quemlibet dolorem contumacem è frigida caussa ortum vel tollet, vel saltem demulcebit.

d Aegin. lib. 7. cap. 19. Aetius tetr. 1 serm. 3. cap. 181.

Cauendum *d* autem à sinapismo in iis, qui continua febre laborant, vel vlcus habent in cartilaginosis & excarnibus locis: siquidem vlcera nimia acrimonia exacerbentur, partes vero excarnes adurentur, interdum etiam nigrescant.

De Vesicatoriis.

Cap. LXII.

VEsicatoria medicamenta sunt, quæ non solum ruborem parti inducunt, vt faciunt sinapismi, sed etiam cutim, vesicas seu pustulas excitando, exulcerant, quod remedii genus φοινιγμὸς veteribus, vt non nulli volunt, dictum.

Materia vesicantium multiplex est, præsertim nasturtium, flammula, lepidium, cyclaminus, sinapi, squilla, allium, vrtica, thapsia, esula, euphorbium, lac ficulneum, stercus columbinum, cantharides, metalla. Radices quidem in aqua vitæ macerantur, teruntur & applicantur. Compositi vero fiunt ex saponis nigri & salis æqua portione in emplastri modum mixtis. Hoc nullo fere dolore pustulas excitat; quemadmodum etiam flammula contusa, vel per se, vel cum sale applicata. Cantharides omnium citissime vesicas excitant. Solent autem & caput & alas, & pedes abiicere, & reliquum exactissime contundere, & cum tripla

axun-

axungiæ parte miscere: Efficacius hoc modo parabitur:

℞. *Cantharid. extremis ablatis ℥ iij.*
micæ panis crudi ℥ ij.
aceti squillitic. ℥. ß.
contundantur simul, & fiat pasta.

Alii vero cantharides cum solo fermento miscent. Efficacius etiam reddunt, addita radice bryoniæ vel cyclamini, vel ranunculi, apii risus dicti, si nimirum ℥ ij. addantur; piperis vero ℈ i. cum parte aliqua fermenti. At si cantharidibus vti velimus, vesicę prospiciendum, ne lædatur, quod fiet, si cremor lactis, vel succus amygdalar. dulcium cum decocto hordei, & diatragacantho frigido propinetur.

Quod si vero dolor vehemens cum rubore accesserit, & pustulæ adfuerint, tum linteolum succo maluæ aut decocto fœnugræci cum rosac. madefactum, imponendum erit, deinde cerato rosa . . ũ cerussa vtemur, vesicæ à medicamento excitatæ forcipibus aperiendæ sunt, apertæ retinendæ, donec omnis humor peccans è parte sit vacuatus, quod fiet, si butyri aliquid addatur, admoto folio hederæ, vel tussilaginis, vel brassicæ.

Vsus est ad serosos humores educẽdos ex quacunq; pene corporis parte, maxime vero si malum à frigida caussa ortum ducat. Laudatur potissimũ in doloribus dentium, si vel nuchæ vel carpo applicentur. In affectibus oculorum reuulsionis gratia, deriuationis & euacuationis. Sic etiam in

in pertinacibus doloribus iſchiadicis & aliis. Ad reuulſionem quidem, cum ceruici vel occipiti, vel pone aures applicantur, ad humores, qui è capite ad anteriores partes faciei feruntur, reuellendos. Ad deriuationem vero & euacuationem, cum in bubonibus vel carbunculis peſtilentialibus parti inferiori è directo adhibentur, ad materiæ virulentæ euacuationem, vt ſi bubo fuerit in inguine, cruri veſicatorium applicandum.

De Pyroticis ſiue Cauteriis potentialibus.

Cap. LXIII.

Καυςικὰ φάρμακα, adurentia medicamenta: eadem & ἐσχαρωτικὰ, quod cruſtam partibus vſtis inducant. Dicitur etiam καυτήριον, quod vrendi vim habeat, & vſurpatur tam pro medicamento, quod poteſtate vrit, quam pro ferro candente.

Cauteria duplicia ſunt; alia actualia, alia potentialia. Potentialia, Græcis pyrotica, quod ignis inſtar adurant, Latinis ruptoria, eo, quod putrefaciendo, & etiam adurendo cutim frangant, & poſt ſe cruſtam relinquant. Materia horum multiplex eſt: magna tamen ex parte ex lixiuio, ex quo ſapo fit, conficiuntur, in qua aqua calx viua maceratur, vitreolum, ſublimatum, auripigmentum, alumen, ſal nitrum & ſimilia. Paratur vulgo hoc pacto:

℞. *Aq. ſtillatitiæ ex calce & cinere, ex qua fiunt ſapones nigri q. ſ. indatur vaſi vitreato: bulliant,*

ant, donec ad mellis consistentiam peruenerint, auferatur ab igne, vbi refrigeratum fuerit, lapidescat, quod in frusta ruptum vitro angustißimi oris indatur, quod cera diligenter obturetur, & loco sicco reseruetur.

lias medicamentum liquescit. Aqua autem siue lixiuium prædictum, quod capitellum chyrurgi vocant, sic paratur:

℞. *Calcis viuæ, salis ammoniaci, an.* ℔.i.
trita indantur lixiuio. Deinde simul indantur ollæ perforatæ in fundo, cui aliud subiiciatur, in quod lixiuium paulatim defluat & excipiatur. Vas vtrumque per septem dies defodi debet in fimo. Ex hoc lixiuio addito seuo aut adipe fit sapo.

Efficacius erit capitellum, si ad parandum lixiuium cum scapis fabaceis radices bryoniæ, cyclamini quoque vrantur. Quod si vero opium addere velimus, vt nonnulli faciunt, quo minor dolor caussetur, tum hoc pacto parabitur:

℞. *Lixiui prædicti* ℔.j.
bulliat ad consumptionem tertiæ partis, adde calcis viuæ. ℥.ß.
opii ℥ ii.
coquantur rursus, tum adde auripigmenti ℥ ii.
fiat maßa.

Vel hoc pacto:

℞. *Aquæ primæ saponis* ℔.i.ß.
vitrioli, nitri, salis ammoniaci an. ℥.ß.
dissoluenda dissoluentur in lixiuio prædicto, coquantur in testa ad luti consistentiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Deinde adde opii gr. vi.
coquantur denuo, quoad lapidescat. Effracta olla lapilli formentur inde.

Citissime operabitur hoc modo paratum:

℞. *Sublimati* ℥ ii.ß.
lapid. hæmathid. ℈.ß.
opii gr. v.
vnguenti populeonis ℥ iij. *misce fiat vnguentum.*

Aliud, quo Chirurgi Patauini vtuntur communiter:

℞. *Lixiuii cinerum quorumuis, calcis viuæ, an.* ℔.i.
calchanti ℥ iij.
bulliant ad consistentiam, addendo in fine opii thebaici ℈ i.
coquantur, donec in lapidis formam indurentur,

quem lapidem aliqui infernalem vocare solent.

Aliud

℞. *Calcis viuæ recentis* ℔.i.ß.
cinerum clauellatarum ℔.j.
ponantur in olla vitreata, dissolue omnia in duab. mensuris lixiuii barbitonsoris, & olla diligenter cooperiatur, bulliant simul omnia, mediocri ebullitione, auferatur ab igne, stet per quatuor aut quinque dies in olla bene tecta. Postea accipe capitelli clari mediam partem, pone in patellam ferreã, & bulliat, quousque incipiat inspisari. dein aufer patellam ab igne, & capitelli clari partem aliam impone, & iterum bulli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

bulliant ad inſpiſſationem & exiccationem, tunc lapides induratos in patella inuenies, quos vitro indes, & diligenter obturabis.

Aliud.

℞. *Calcis viuæ partes* ii.
minii partem i.
pulverizentur ſimul, & cum ſapone fullon. q. ſ. miſce, globulos efforma.

[E]iusmodi ſunt cauteria potentialia, quæ tamen [n]on ſunt antiquorum cauteria, ſed ruptoria.

Vſus multiplex, præcipuus tamen ad materias [di]uertēdas & euacuandas, & abſceſſus aperiendos. [M]ateriam diuertimus à parte nobiliore ad igno[b]iliorem trahendo, quod fieri conſueuit in diu[t]urnis catarrhis à capite delabentibus, vel in ocu[l]os, aures, pulmones. Abſceſſus vero ſiue bubones [e]tiam his aperiuntur, in iis, qui vel ignem vel [f]errum metuunt. Quod ſi vero applicare velimus, [p]rimo totum corpus euacuandum, ne impetu [h]umor in partem labatur, vel inflammatio exci[t]etur. Secundo cauendum, ne parti nobiliori vel [a]pplicemus, vt ſi capiti, cauendum eſt ab omnibus [ſ]uturis. Quinetiam cauere oportet à membro exquiſito ſenſu prædito.

Quod ſi vero diuerſionis gratia applicentur, [l]ocus aptus eligendus. Et ſi à capite longius deri[u]are velimus, tibiæ eligendæ. Si magis propinque, [b]rachia. Si propinquius, ipſam ceruicem. Hæc e[n]im tria ſunt loca, quibus communiter applicari [c]onſueuere.

Locus autem conueniens in ceruice quidem

eſt in nucha, in brachiis vero quatuor digitis infra caput humeri parte interiore, inter duos muſculos, quod ex cauitate deprehenditur. In ipſis vero cruribus, quatuor digitis tranſuerſis infra genu, parte potiſſimum externa. Semper autem capita muſculorum, venas, arterias, neruos præſertim maiores præcauere oportet, alias hæmorrhagia, dolor & conuulſio cauſſari poſſet.

Quod ſi vero abſceſſus ſeu bubones aperiendi, locus decliuior eligendus, quo facta apertione ſanies commode effluere poſſit.

Loco cognito vt commodius applicari poſſit, pili amouendi ſunt, dein locus atramento notandus, mox ad defenſionem vicinarum partium emplaſtrum ex triapharmaco, vel emplaſtro contra rupturam appllicandum, quod in medio ad magnitudinem piſi perforatum ſit, poſtmodum pyroticum magnitudine piſi imponēdum, parte tamen detecta prius ſaliua humectata. Denique aliud emplaſtrum ſuperponendum, & etiam ſplenium, ſeu charta luſoria duplicata, compreſſionis gratia, & faſcia circumiicienda. Sic relinquendum, donec medicamentum operetur, quod communiter horis iii, aut iiii, prout delicatiora ſunt corpora, abſoluitur.

Tempore hoc elapſo, remouenda omnia, & eſchara ſiue cruſta leuiter incidenda. Dein laxantia medicamenta applicanda, vt eſt butyrum recens, vel pinguedo gallinæ, imponendo folium braſſicæ, vel quod præſtantius eſt, emplaſtrum diapalma, bis in die renouandum, vſque dum eſchara circulum efficiat inter ipſam & carnem ſanam.

ſanam. Quod ſi bis eſchara non recedat, cataplaſma tale paratur:

℞. *Rad. alth. ℥.ij.*
herbar. maluæ. m. j.
flor. chamomel. meliloti an. p. j.
coquantur in ſufficiente quantitate aquæ, terantur, cribro transmittantur, deinde adde farinæ fœnogr. lini, lupinor. an. ℥ j.
iterum ad craßitiem coctis adde olei chamomelini, anethini, roſac. an. ℥ j. ß.
axungiæ & adipis gallin. an. ℥ j. miſce, fiat cataplaſma.

Eſchara elapſa, imo etiam antequam excidat, intra foueam, quæ proprie fontanella dicitur, vel fonticulus (ne rurſus carne ſubcreſcente repleatur) piſum vel granum ciceris, vel medullam ſambuci, vel ſpongiolam indere oportet, & id non tantum, vt retineatur locus apertus, ſed vt & humorem imbibat, & alliciat. Alii pilulam ceream intrudunt. Minus vero recte ii, qui pilula buxea vel argentea vtuntur, cum his alteri tantum ſcopo ſatisfiat. Hæc quotidie bis, mane & veſperi remouenda, locus abſtergendus & piſo indito hederæ folium, vel paruum emplaſtrum ex diapalma ſuperaddendum. Quod ſi vero caro increſcens piſum extrudat, tunc pilula ex cera & pipere confecta indenda. Si vero vlcus maius ſit, quam neceſſum, pilula minor indenda, & puluis exiccans aſpergendus. At ſi fœteat fontanella, tunc liteolum in aq. roſarum madefactum, in quo granum vnum vel alterum moſchi diſſolutum, vel piſum tantillum in ea humectandum & imponendum.

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Quod ſi vlcus putreſcat, emplaſtra frigida leuiter exiccantia, vt eſt ceratum album & infrigidans Galeni, ſuperponenda.

Si denique dolor ſuccedat, dolorem mitigantibus & leuiter refrigerantibus & ſiccantibus vtendum, quale eſt linimentum ſimplex ex altera parte infrigidantis Galeni, & altera emplaſtri albi.

Seruantur fonticuli pro conſilio Medici in vnum vel alterum annum; Aliquando toto vitæ tempore, præſertim vbi humores in pulmones delabuntur.

Quod ſi vero abſceſſus aliquis aperiatur, vt fit in bubonibus tam peſtiferis, quam venereis, in delicatis, tunc remotis emplaſtris, eſchara incidenda, vsque dum ſanies effluat, remota eſchara, vlcus purgandum, & ex arte curandum erit.

Hæc ad DEI *opt. max. laudem, proximi vtilitatem, & gratiam iuniorum dicta ſunto. Vni trino ſit laus, honor & gloria in æternum.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
730/A